Universitätsbibliothek Paderborn

# Baptistae Mantuani Carmelit[a]e de patientia aurei libri tres

Baptista <Mantuanus>

Dauentrie, 1515

Liber primus

urn:nbn:de:hbz:466:1-30534

Visual Library

## ¶ Venerãdi fratris Baptiſtę Mãtuani. Carmelitę Theololgi. ad Carolum Antonium Fantucium. patriciuz Bonoñ. Iſagoges ad patientiã Liber. I. et Cap. I.

q Quoniaz oportunis ac frequẽtib⁹ beneficijs huic nrõ Bononienſi coenobio, magnificè ac religioſè collatis iampridem tibi nos deuinxiſti Carole Antoni vir religioſe, vereor ne ſi te longo et graui podagrae morbo laborãtem, conſolatus non fuero, de grauiſſimo ingratitudis vitio poſſiz accuſari. Nã ſi iuxta doctoris ⁊ ſaluatoris noſtri Chriſti ſalutare conſilium, tenemur his etiã qui nos oderunt bñfacere, quãtuz queſo ijs debemus, qui nos nõ ſolũ amant, verũ etiã quotidianis elemoſinis alere, et cõtinuo patrocinio fouere nõ ceſſant: Chrũs q̃ nobis et vitę et ſalutis eſt auctor, ſicut in alijs oĩbus ſtudioſis actionibus, ſic etiam in hoc exẽplar eſt optimuz. Ipſe nãq; q̃zdiu nobiſcũ in hoc luctuoſo peregrinationis exilio, ſub ſeruili ſpecie ꝯuerſatus eſt, eos a quibus plurimuz amabat, nõ dilexit tantum, veruz etiã docendo illuſtrauit, obſecrãdo attraxit, increpando correxit, exhortando animauit, miraculis firmauit, beneficijs illexit, ⁊ oĩ deniq; officio curę paſtoralis cuſtodiuit et fouit, et quoniam apud ęgrotãtes magni momenti eſſe, ac plurimuz valere cõſolãtiuz verba cognoſcebat, cum ſponte ad paſſionez et ad locuz paſſionis accederet, diſcipulorũ animis ſubita tempeſtate conſternãdis medicinaz inſtituẽs Petro dixit, et tu aliquãdo cõuerſus cõfirma fratres tuos, Magna certe eſt accomodati ad rem ſermonis energia, et ad firmandos aĩos, affectuſq; regendos, ad ſedandos etiam corpoꝝ dolores ęgritudinũq; moleſtias, grauis elocutio plurimuz valet, propterea apoſtolicę diſciplinae documentũ eſt, et auctor ẽ Jacob⁹ apl'us ad ęgrotãtes debere presbyteros vocari, et verã religionem in viduaꝝ ac pupilloꝝ vi-

ſitatiõe cõſiſtere. Sed (vt ad Chriſti veſtigia reuertamur) cuȝ ꝓpt Iudeoꝝ ſeuitiã relicta Hieroſolyma trãs Jordanẽ paululuȝ diuertiſſet, audiſſetqȝ Lazaꝝ amicuȝ grauiter ęgrotare, vitę ſuę ratione poſthabita, vadamꝰ inquit aplis et iuuemꝰ euȝ. Tantaȝ igit Chriſti Jeſu ſaluatoris nri humanitateȝ et clementiã, ſi qs (vt dignuȝ eſt) tota mẽtis acie cõtemplet, tantę beneuolẽtię ſuauitatẽ nõ mirabit ſolũ, verũetiaȝ ad talis pceptoris imitationeȝ accẽſus, totuȝ ſe in officia charitatis effundet, minime tñ miꝝ eſt, ſi ab illo in hmõi amoꝝ vincamur officijs, nã ipe õniuȝ noſtꝝ eſt pater, nos aũt ſumꝰ inuicẽ fratres, ac multo maioꝛ eſt (vt experimur aſſidue, et natura ipa cõfitet) patꝝ in filios, qȝ fratꝝ in frẽs pietatis affectio. Qm̃ igitur ipſe pcepit, diſcite a me ſi tacuero, nec te lãguenteȝ ingraueſcente iam ſenio, conſolari ac leuare tẽtauero, quomodo ab illo didiciſſe videboꝛ, cuius vita ſanctitas, cuius natura benignitas, cuius doctrina charitas fuit: Aſſimularer pfecto, nõ ſine magno ꝟtutis et cõſciẽtię dãno, ſacerdoti aut leuitę illi, qui ab Hieruſaleȝ in Hierico deſcẽdens, pcuſſuȝ a latronibꝰ hoieȝ, et ſemiuiuũ relictuȝ ſine miſericordia, ſine humanitate, ſine cura pteryt. Malo igitur Samaritanuȝ imitãri, qui lamentabili caſu motus, vinuȝ ac oleuȝ plagis infudit, et prolata pecunia ſtabulario ſuo infirmũ commẽdauit. Tẽtabo itaqȝ pro viriuȝ meaꝝ portiuncula, vir optime te adiuuarę, et artis meę remedia quãtuȝ deꝰ dederit, tuis vulneribus applicare phaleratuȝ autem et ambitioſuȝ ſermoneȝ explodẽtes, humillimis ac familiariſſimis colloquis datatiȝ vteinur, ne forte ſermonis inſolentia, et ſuperbo dicẽdi faſtu magis offenſus, accipias pcõſolatione faſtidiũ. Sed iã vnũ cõſolationis noſtrę caput afferamus, a communioribus exordientes, ſicut (Ariſtotele teſte) doctrinę rõ poſtulare videtur

## ¶ De morbi cognitione ¶ Cap. ij.

SAnitatis exordiuȝ morbi cognitio eſt, naȝ tuȝ demum et ęgrotãs curari deſiderat, et medicꝰ ſanare poteſt, et cuȝ ille ſe infirmuȝ, et iſte genꝰ infirmitatis intelligit, Et omneȝ operationeȝ

quã aliq̃s appetitus, ſiue naturę, ſiue volũtatis exercet, ab aliq̃ cogni
tione pręueniri nccẽ eſt. Perſpicuũ hoc in nobis, q̃ quicq̃d volumꝰ
añ cognoueramꝰ, In pecudibꝰ quoqꝫ, illę etem̃ neqꝫ pabulũ, neqꝫ co
ituz appetunt, niſi reꝝ hmõi aliqua vel notione pulſent, quę ꝟo ſine
cognitiõe videtur opari (vt arbores) hęc a cognoſcẽte aliquo nccã-
riuz eſt in opꝰ dirigi, ideo a Peripateticis dr̃, opus naturę opꝰ eſſe.
Philoſophi em̃ naturas reruz cognitiõe ꝓuatas, volũt ab ĩtelligen
tijs q̃ voluẽdis cœloꝝ orbibꝰ a Deo pręfectę ſunt, in opa dirigi, et in
aliena prudẽtia, ne operãdo peccẽt, gubernari. Quo fit vt res inſen-
ſibiles (quales herbę ſtꝫ et arbores, et id genꝰ alia) tãto minus in pro
creãdis fœtibꝰ ſuis errẽt, quãto ꝑſpicatioris naturę iuuãtur igenio
Nos ãt prudẽtię nr̃ę, quę tenuis ẽ innitentes, in operatiõe plerũqꝫ
decipimur. Eſt igit̃ operi ſꝑ pręuia cognitio, cognitiõe nanqꝫ volun
tas, volũtate corpꝰ excitat̃. Tunc etiã cuz q̃d agimus q̃d nec appete-
bamꝰ, neqꝫ cognitiõe fueramꝰ aſſecuti, vt cuz agricolę ignorãtes the
ſauꝝ effodiũt, q̃d fieri dicit̃ a fortuna, id quoqꝫ nõ ſine pręcognitio-
ne cõtingit. Pręcognitione inqꝫ, nõ fodiẽtis, ſed cuiuſpiã alterius,
puta dei vl' angeli, a quo neſciẽs foſſor mouet̃ et regit̃. Duplex igitur
vt plurimuz cognitio nccãria eſt ad curã, et medici ſcilicz ⁊ ęgroti.
Propterea decẽ leproſis q̃ ſe infirmos cognoſcẽtes, grã curationis
ad Chrm̃ venerãt, dictũ fuiſſe legimus. Ite oñdite vos ſacerdotibꝰ,
vt infirmãtiuz cognitiõi iũgeret̃ cognitio medicãtis. Sicut igit̃ hij
q̃ curãdis corpibus p̃ſunt, radicez morbi et cauſas ĩfirmitatꝫ ꝓuſqꝫ
manꝰ adhibeãt altius inueſtigãt, ſic nos q̃qꝫ qui adeo curãdis aĩabꝰ
pręfecti ſumꝰ. ſpiritualiuz langoꝝ cauſas ⁊ naturas ſcire, non vtile
tantum, ſed etiaz neceſſariuz

## De duplici morbo hominis — Ca. iij

UT quemadmoduz ex duplici ſubſtantia, corpe ſcilicet et aĩa
cõſtat homo, ita duplex ẽ hominis morbꝰ, animi videlicet et
corpis. Duo q̃qꝫ et medicoꝝ et medicinaꝝ gña ſunt. Unuz q̃ exteri
or, alteruz q̃ interior hõ curet̃. Atqꝫ ita infirmitati nr̃ę naturęqꝫ de-

fectui ꝓuidētia diuina (q̃ nihil odit eoꝝ que fecit) multiplex ſtuduit adhibere remediū. Plerūq̃ fit vt animi in corp⁹, et itē corpis in aīm redūdet īfirmitas, tāta eſt ei corpis et aīe neceſſitudo, vt ſua ōnia bona ac mala, velint nolit, inuicē communicēt, ꝑpterea neq̃ ſine aīo corp⁹ neq̃ ſine corpore aīus bñ valet in vita. Rei euidētia probationē excludit, quis em̄ nō viderit egrotāte corpore, aīm egreſcere et animo male habēte male affici corp⁹: et ꝑcipue faciē. Nā cū in capite animalis, oīm inſtrumēta ſint ſenſuū, oīs animi et corpis affect⁹ in eo promulgātur, facies ira excādeſcit, metu palleſcit, verecūdia erubeſcit, triſticia obſcurat, gaudio ſerenat, neq̃ id in homine ſolū, ſed in brutis accidit. Canes rictu, equi auriculis, feles oculis animū oñdunt, hinc dr̄ ab Ouidio. Heu q̃ difficile eſt crimē non ꝓdere vultu, Medici quoq̃ inter ea q̃ ad cōſeruādam corpis ſanitatem ꝑtinent animi accidētia connumerāt, q̄ viderit has duas homis ꝑtes, oīa bona et mala, more amicoꝝ habere coīa. Cū morbo animi corpus egrotat, animū curato, et cū membroꝝ et carnis vitio patitur anim⁹, corp⁹ ſanato. Itaq̃ vidēdū eſt ꝑuſq̃ ad curā veniam⁹, e corpe ne, an ex aīo naſcat infirmitas, a cauſis em̄ incipiēdum, vt arboris interitus, nō ex ramis ſed ex radice petendus eſt.

## De differētijs quibuſdā humanoꝝ defectuum.

Spiritualiū et corporalium egritudinū in hoc ē ¶ Ca. iiij. nature cōtraria, q̄ vnuſquiſq̃ cū corpe egrotat, ⁊ ſi nō nū q̃ morbi ſpeciē neſcit, ſe tñ egrotare perpēdit, q̃ vero animo lāguet (vt cū ſupbie tumore inſoleſcit, aut inuidie liuore ꝯtabeſcit) vt plurimū egrotare ſe nō videt. Itē corpis morbū in alio min⁹ dephendim⁹, at aī vitiū in alijs magis q̃ in nobiſmetipis ꝑſpicim⁹. Hinc illō Horatij. Cū tua peruideas ocul' mala lipp⁹ inunctis. Cur in amicoꝝ vitijs tā cernis acutū: et illō itē Perſij. Ut nemo in ſeſe tentat deſcendere, nemo. Sꝫ precedenti ſpectatur mantica tergo, et a Chrō rephenditur hypocrita, q̃ feſtucā in oculo frīs vidēs, in oculo ſuo trabē nō percipit. Amplius, humanoꝝ defectuū quidā incu

rabiles. vt claudicatio, ſterilitas, originalis cecitas, hij morbi proprie vicia nominātur. Quidē vero nobis in vita accidūt, morbiq; dicūtur. Et hij quoq; duplices, quidā toti⁹ corpis, vt febr; ac phthiſis quidā partis, vt ſurditas ac cecitas, et ē quidā morb⁹ leuis, qui reb⁹ agendis non eſt impedimēto, vt imbecillis et occulta febricula, que q; minus a patiēte pcipitur, a medicis neutralitas dr. Eſt et grauis qui a iurecōſultis ſontic⁹ appellatur, vt febris phibens hoiez in iudicio cōparere. Cuz multis corpibus vitia cōnaſcūtur. vt cecitas ſterilitas, debilitas oris prauitas, et hui⁹ gnis multa, morboꝝ ſpiritualiuz nullus ppetuus, nā cuz animo ſicut nulla ꝟtus, ſic nulluz naſcit vitiuz, libet em̄ hic a Platone diſſentire, q̄ cuz ſciaruz habitib⁹ venire animas putauit in corpora. Placet magis in Ariſtotel' venire ꝟ tatribā, cui placet animas cuz viuificādis corporib⁹ ſociant, ſimiles eſſe tabule pure in qua nihil ē pictuz. nihil figuratū. Magna igitur imo mirabilis iter recētia corpa diſparitas eſt, et ɔpoſitionuz varietas inenarrabilis, inter aīas vero mox create ſunt, nulluz diſcrimen ē, pares oriūtur, ſine vitijs et ꝟtutib⁹ labuntur in corpora. Nec veruz q̄d Pythagorici fabulātur, eas ex corpe in corp⁹ tranſmigrare, et hominuz regenerationē fieri, quā greci palingeneſiaz vocāt, ⁊ corpora ſortiri pteritis morib⁹ ac precedētibus meritis accommodata. Sunt tn̄ a natura etiā tuz quuz infundūtur aīs noſtris, vires quedā potentieq;(vt vis vidēdi atq; audiēdi) que ad operāduz corporeis egeāt inſtrumētis, he nimiruz ſicut et opifices, ſecūduz inſtrumēti diſpoſitionē operātur, veꝝ hec in animo diuerſitas nō eſt, ſed in corpore. Intellectus ꝟo, et ſi nullo corpis inſtrumēto eget ad operāduz, potētijs tn̄, vt phātaſie et eſtimatiue cōiungat⁹ eſt, quaꝝ opatio certaz corpis ptem, et certaz illi⁹ partis diſpoſitiōem expoſcit, intellectuz igitur in opando ab ipſa phātaſia, phātaſia ab inſtrumēto ſuo corporeo, quod in cerebro ſituz eſt, dependere nō dubiuz. At inſtrumenti diſpoſitio non vnum ſemper habet temperamentum, ſed celi et aeris, ciboꝝ etiaz et alioꝝ que ad dietaz ptinēt, qualitatem

inſequitur. Propterea corporibꝰ nō vno ſemper mō affectis ac diſ-
poſitis, nō vno ſp̄ mō imagiamur, recordamur, intelligimꝰ, ſapimꝰ
appetimꝰ, nō eaſdē ſp̄ voluptates ſeq̄mur, nō eadeꝫ placēt exercitia,
nō hiſdē ſtudijs oblectamur nō eadē iſomnia cernimꝰ, ꝑ quoꝝ etiā
varietate (vt docet Hippocra. in li. de ſomnijs) periti medicoꝝ ſciūt
de humoꝝ dn̄io cōiectari. Redundāte em̄ ſanguine lętiores, felle in-
ardeſcēte acriores. pituita excreſcēte pigriores, atra bile regnāte me
ticuloſi et triſtiores efficimur, accipit ergo aīa (neqꝫ id dubiū) corpꝫ
affectiones, et ſibi cōiunctę carnis ac circūſtantiuꝫ elemētoꝝ lęſa cō
tagio, neſcit in votis ſeruare cōſtantiā. Q̄d in brutis et volucribus
manifeſtius cernit̄, iuxta illud Maro. nr̄i de ſerenitate loquentis
Haud equideꝫ credo, quia ſit diuinitus illis
Ingenium, aut rerum fato prudentia maior
Uerum ubi tempeſtas et coeli mobilis humor
Mutauere vias, et Juppiter humidus auſtris
Denſe erant quę rara modo. et quę denſa relaxat
Uertuntur ſpecies animorum, et pectora motus
Nunc alios, alios duꝫ nubila ventꝰ agebat
Concipiunt, hinc ille auium concentus in agris
Hinc lętę pecudes, et ouātes gutture corui
Manifeſtū hoc etiā in ſenſu guſtꝰ et viſus, uā propt̄ bilis admixtio-
neꝫ palato infirmi mel amareſcit, ⁊ oculis ęgris odioſa ē lux, q̄ iucū
da ē ſanis. Corpm morbi ſunt aīę plerūqꝫ ſalutares, tūc em̄ maxime
deuꝫ recolimus, cū in obſeſſa carne regnat infirmitas, ⁊ multis ſanc
toruꝫ ad animi ſaluteꝫ vt (Paulo ap̄lo) carnis flagella fuere ꝑ̄ncipi
um. At animi morbus corpora nō ſolum nō iuuat, verūetiam ledit
ac deſtruit. Uide luxurię deditos vt palleant et marceſcant, vide in-
uidos, vt macerentur et tabeſcant, vide auaros vt flaceſcant et a-
reant, vide gulae dędítos, vt pigri ſomnolenti valitudinarij ſint ac
maloruꝫ humoruꝫ pleni, quos gręco vocabulo medici vocant chaco
chymos: Morbos etiaꝫ ſpirituales hoc eſt malos mores, nō ſicut

corporeos in cõmunes toti animę, et vni parti ꝓprios diuidimus, nõ hꝫ enĩ anima vt corp⁹ partes, quaꝝ vna ſine aliis infirmet, ſed cũ gia ęgrotat, tota ęgrota eſt, videt tñ aliqñ nõ tota, ſꝫ ſcdꝫ ptẽ ęgrotare, cum. ſ. ad vnius ꝟtutis opus eſt ſtrenua, ad aliaꝝ virtutuꝫ exercitia lenta et impedita, ſed tamen etiã tũc in toto appetitu venenum eſt, cui quidem fieri pt per alios malos mores vitioꝝ acceſſio. Inter corporis et animi morbos, eſt etiã diſcrimẽ hoc aliud, naꝫ qꝛ medicus animaꝝ eſt deus, cui⁹ opatiões et opa ſunt pfecta, animę morb⁹ incurabilis eſt nullis. Vñ Señ. inquit, nunq̃ꝫ ſera eſt ad bonos mores, via corporis vero morbi (vt ſupra dictuꝫ eſt) iccirco incurabiles plurimi, qꝛ natura q̃ corpalis medicinę magiſtra eſt dei cõparatiõe res mãca eſt, Medicoꝝ etiã naturaliũ nõnunq̃ꝫ conat⁹ inualid⁹, qꝛ (teſte Hypocrate) vita breuis, ars ꝟo lõga, expimentũ fallax

## Quid ſit morbus corporis et animę Ca. v.

Morbuꝫ corpis a Labeone ſic definiri recitat A. Gel. in iiij. noct. Atticaꝝ lib. cap. ij. q ſit habit⁹ cuiuſqꝫ corpis contra naturã, vſuꝫ ei⁹ reddẽs deteriorẽ. Per habituꝫ aũt nõ corpis cultũ intelligit, ſcdm quaꝫ acceptionẽ habitũ militareꝫ, habitũ ſcęnicũ, habitũ religioſuꝫ dicim⁹, ſed habitũ dicit qualitatẽ noxiaꝫ, naturę contrariã, craſiꝫ corpis vitiãteꝫ, alti⁹ imbibitaꝫ, vt neq̃at ſubito dimoueri, qua ꝑpedituꝫ corp⁹, animę nõ eſt vt pri⁹ obtemperãs, ꝓpterea ꝺt vſuꝫ eius reddẽs deteriorẽ. Scdm Plato. Virt⁹ eſt animi ſanitas, ęgritudo vitiũ. Virt⁹ bona eſt cõſuetudo vl' qualitas ex bona cõſuetudĩe derelicta, vitiuꝫ ꝟo mala. Sicut cuꝫ pulſa infirmitate bonoꝝ ciboꝝ vſu, frequẽti maloꝝ abſtinẽtia, corpus in priſtinũ vigorẽ ſenſiꝫ reuertitur, et eiſdeꝫ q̃bus fit valitudo ſeruat, ſic animus malaruꝫ opationuꝫ fuga bonaꝝ exercitio ꝟtuteꝫ in ſe gignit, roborat, auget, et cõſeruat. Relictis igit corpm morbis de ſpũalibus ęgritudinibus deinceps agenduꝫ. Neqꝫ enĩ vt podagrę morbuꝫ incurabileꝫ ſanem⁹, ſed vt maloꝝ tollerãtiã, qua cõtra hui⁹ vitę mortalis abſinthiuꝫ nulluꝫ eſt efficatius antidotuꝫ inducamus, preſens claritatis

munus aſſumptum eſt.

## ¶ Cur tāta diligentia ſit in curādis corꝑm morbis

Sed cū tot ſint corꝑis ⁊ animi male valitudīes q̄ (¶ C.vi.
medici ac medicamētis īdigeāt, cur ſit vt oēs ſpreto aīo ſol'
curādis corꝑibꝰ īhiemꝰ, ⁊ illi tm̄ in ꝑcio ſint medici, q̄ mederi corꝑi
bꝰ vel ſciūt vl' ſcire ꝓfitētur. Pli. natural' hiſtoꝝ. xxix. de medicīa ſic
īq̄t Hec ꝑmuz inuētores ſuos cœlo dicauit, et hodie multifariā ab
oracul' petit, ab aliq̄s ſcꝑtoribꝰ pene infiniti celebrant q̄ eaz artez aut
īuenerūt aut auxerūt, aut illuſtrarūt. Magi illi, quoꝝ tāta apd' Per
ſas et Aegyptios fuit auctoritas, cū religione et aſtronomia medici
nā etiā profitebātur. De Apolline ꝑmo eiꝰ inuentore Naſo ſcribit.
Inuentū medicina meuz eſt, opiferq̄ꝫ per orbē Dicor, et herbaꝝ ſub
iecta potētia nobis. His addit Orpheus, Muſeus, Heſiodꝰ, et vt
aliq̄ volunt Chirō centaurꝰ, qui de herbis ſcripſerūt, et medicine ope
ram dederūt. Pythagoras etia Samiꝰ, ⁊ Democritus Abderites,
medēdi rationez magno ſtudio queſierūt. Machaō et Podalirius
ob medicine peritiā cuz alijs ducibus ex Creta, ad Troianā expediti
onez vocati ſunt. Hippocrati cū peſtilentiā pullulare incipiētez re
preſſiſſet, decreti ſunt honores, quos Herculi decreuerat olī Grecia
Heraſiſtratꝰ Chriſippi diſciplus, ex Ariſtotelis filia genitꝰ, Antio
cho rege ſanato, cētuz talētis donatꝰ eſt. Teſte Liuio cū Rhomana
vrbs peſte laboraret, inſpectis libris Sybillinis decē legati a Sena
tu miſſi, ex Epidauro deuz Aeſculapiuz in ſpecie ſpētis Rhomam
adduxerūt. Mithridates ſua etate regū maximꝰ, oēs ancēſſores (vt
fama ē) medēdi diligētia ſupauit. Cōmentatiōes eiꝰ et exemplaria
Pōpeiꝰ magnꝰ in latinā linguā a Leneo liberto ſuo tranſferri iuſſit.
Claruit in ea arte Aſclepiades Pruſiēſis qui (vt aiūt) eloquētie tm̄
magis q̄ꝫ medicādi fretꝰ auxilio nouā, exploſa veteri, medicinā inue
nit. Antonio Muſe' Ceſar Auguſtꝰ ꝗ fuiſſet ab eo graui morbo li
beratꝰ, ſtatuā aereaz iuxta Aeſculapiuz locari mandauit. Euax rex
Arabū medicine et ipſe curioſiſſimꝰ, de herbis et lapidibꝰ ad Nero

nez ſcpſit. Superuenit et Dioſcorides, vir militaris in herbaria ar-
te mirabilis. Tpe Antonini floruit Galenus vir quidē doctiſſim⁹,
et ea ętate in medicina ſingularis. Secut⁹ eſt cuz Raſis Poenus, ⁊
ipē illuſtrib⁹ medicis annumerat⁹. Fuerūt et alij innumerabiles re
troactis tpibus medēdi mgri, ſed noſtrę ętati magis ppingui Pe-
trus Aponēſis patauin⁹, vir rez ſcia admirādus. At oīz neotericoꝝ
ditiſſim⁹, neſcio an doctiſſim⁹. Thade⁹ florētin⁹ fuit q̇ cuz a princi
pibus Italię vocabať, quinquaginta aureos in mercedē diurnaz pa
ciſci cōſueuerat. Ab Honorio ſummo pōtifice ſemel vocat⁹ nō pri⁹
acceſſit q̄ȝ centū aureos ſibi in diem ſtatutos intellexit, vñ liberatus
pōtifex, decez milia aureoꝝ illi cōdonauit, iuniores innumeros, ne
tibi ſiz oneroſus, ſilentio pręterco. Hęc aūt memorare ſuaſit huma
nę curioſitatis admiratio, q̄ eis p̄mia honoreſq̧ decernat, qui corpo
ribus opitulari ſciāt, eis vo qui animas ſanant, ne minimā quidem
mercedez inſtituat. Credo tamen ita factuz vt morib⁹ parcaz, ſubti-
tili et occulta ſagacitate naturę natura cū̄ corporea vite ſtudioſa, vi
dēs homini ex parte corporis mortez impēdere, corp⁹ tñ fulcire co-
nata eſt pigmentis et medicis, relicta animę in corporeę cura deo in
corporeo. Cui ſentētię plurimū conſonat, quod de⁹ in paruam imo
minimā. et aliquādo nullā corporis, animarum vero tantā rationē
habere ſe oſtēdit, vt ipſemet corpus ſuuz pro animaruz ſalute tradi-
derit. et certe plures de⁹ medicos ⁊ medelas animab⁹, q̄ȝ natura cor-
poribus adinuenit. Patriarchę, pphetę, noui ac veteris teſtamenti
doctores, nimirum medici ſunt animaꝝ. Religioſi noſtri temporis
oēs, et hij preſertiz qui declamāt in eccleſijs, et qui cōfeſſionib⁹ fi-
delium audiendis preſunt, animorum medici ſunt, hij practicoꝝ, il-
li theoricoꝝ medicoruz loco ſuccedūt. Prophetaꝝ vaticinia, docto-
ruz cōſulta, leges quoq̧ tam humanę q̄ȝ diuinę pręcipue, et omnis
deniq̧ philoſophia de moribus ſunt animarum medicamenta ſalu-
bria, quibus animę non a morte, ſed a miſeria ſempiterna praeſer-
uantur, quae tanto peior quanto longior morte iudicatur.

Ut igitur oim̄ ſupradictoꝝ cõcludaᷓ affinitas, corpori corporea de-
betur medicina corporalis medic⁹, et medico pręmiũ corꝑale, aīę ve-
ro q̄ ſpūs eſt, ſpiritualis medicina, ſpūalis medicus, et medico prę-
miuꝫ ſpirituale proponitur. Sic oportet nos ꝑſuaſos eſſe, qm̄ id et
rõni et doctrinę apoſtolicę cõſentaneũ eſt, et ꝙ iacto hoc fundamen
to, facilius patiētię ſtructura cõſurgit. hinc etiã ſicut morteꝫ corpo
ri, ſic immortalitatē animę natura denũciat, cuꝫ .ſ. eam vt natura-
lis opis minime egentē relinquit incuſtodituꝫ, at de⁹ curã eius aſſu-
mit, nõ quo (vt ante dixi) morteꝫ effugiat, cui ſuapte natura nunꝙ̄
addicta eſt, ſed vt miſeriã ſempiternam, cui peccãdo ſe ſubijcit, eua-
dat. Sed iã ad veſtigandã ſpūaliuꝫ morboꝝ ꝑgamus originem

## ❡ De morborum ſpiritualium origine ❡ Ca. vij.

Spiritualiuꝫ infirmitatuꝫ (quib⁹ pene totũ gen⁹ hũanuꝫ op
primiᷓ) tibi, ſi aduerteris, radiceꝫ et fundamentũ breuib⁹ ex
plicabo, vt cognito morbi loco, ſciamus vbi oportꝫ applicare reme-
diuꝫ. In hoc peripateticoꝝ et theologoꝝ ſcholę cõſentiũt, duas eſſe
ꝑncipales animę partes, ꝑ quas vidētur hoīes duas, et has quidem
cõtrarias naturas aſſecuti, rõnaleꝫ .ſ. et ſenſitiuaꝫ. Iſta cum belluis
nobis cõmunis ē illa ꝟo ꝓpria eſt hoīs forma. Primaqꝫ ꝑfectio rõ-
nales in duas ſecaᷓ partes. Intellectũ .ſ. et voluntateꝫ. Intellect⁹ eſt
oīa cognoſcere. Uolũtatis ꝟo intellecta, ſi bona videãtur appete-
re, ſin aũt mala nocētiaqꝫ ſint vel appareãt, quoad eius fieri poteſt,
ꝓpulſare vel fugere. Sēſitiua duas iteꝫ cõtinet vires, vnaꝫ qua ea
quę ſenſui occurrũt aut obijciũtur dinoſci. alterã, qua occurrētia ob
iectaqꝫ pri⁹ cognita, vel tenere ſatagit. vel declinare Prima vis ē ea
qua ſentim⁹, qua videm⁹, qua audim⁹, qua palpamus, qua olfacim⁹
qua et guſtam⁹. Nã quaſi quidã fonticul⁹ in quinqꝫ ſenſuuꝫ exteri-
oꝝ riuulos ꝟtus iſta defluxit, exterioꝝ inꝙ̄ nã vt philoſophis placꝫ,
totideꝫ ſunt interiores ſenſus, qui intra crancı̨ forulos cerebriqꝫ ca-
uernulas (vt viſuꝫ eſt Auicēnę et Alberto magno ac cęteris medi-
coꝝ ac philoſophoꝝ, qui de corꝑis hũani anatomia ſcripſere) diſcre-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tas habent ſedes, propriaſq; māſiunculas, quę ſpirituuz animaliuz
vię ſpecierū q; receptacula nominat̄. Sed ex his phantaſiā cōmemo-
raſſe ſufficiat. Quando ipā id officij in pte ſenſitiua ſortita eſt, quod
intellect⁹ obtinet in rationali. Altera vis ſeu ꝟtus bifariaz quoq; di-
uidit̄, in cōcupiſcibilez. ſ. et iraſcibilez. Cōcupiſcibilis in ea fert̄ quę
voluptatez afferre, per ſenſuz et phātaſiam iudicantur. In ea ꝟo quę
triſtia apparent ita ſe habet, vt ea vel abigat. ſi facultas adſit, vel ꝓ-
cul ab eis ſeſe q̄ʒ maxime ꝓripiat. Iraſcibilis ad ſubſidiuz iſti cōiunc-
ta eſt, quotiens em̄ cōcupiſcibili quidpiā impedimēti ſe ingerit, iraſ-
cibilis magno impetu accurrēs, illud totis virib⁹ conatur auertere.
Hic diligēter aduerte, huc mētis aciez tota attētione cōuerte. Iam
tibi oſtenſur⁹ ſuz malorū omniuz fomitez ſcelerū q; radicez, vnde ōnis
noſtra deſcēdit iniq̄tas. Videbis acerrimū hoſtez ꝟtutis, videbis id
qđ membrorū legez Paul⁹ appellat. Lex membrorū eſt ꝟtutis concu-
piſcibilis impet⁹, qui grece ορμη dicit̄. hic ſp in id ſolum quod de-
lectat, nulla honeſtatis, nulla ꝟtutis, nulla dei habita ratione, tanq̄ʒ
magnes ad poluz mira naturę lege cōuertit̄. Hi duo appetit⁹ in ea-
dē anima quaſi duę in eodez axe rotę ſeſſori ⁊ equo cōparari poſſunt
Volūtas recta ſeſſor eſt, appetit⁹ equus, ſicut em̄ equus an̄ q̄ʒ dome-
tur eſt freni et ſeſſoris impatiēs, ſic appetitus niſi ꝑus lōga diligen-
tiq; cura coherceat̄ volūtatez aſpernat⁹ in diuerſa cuz indignatione
ſe ꝓripit, domabilis eſt, ſed lōga op⁹ eſt diligētia, magnis calcarib⁹,
fortiſſimiſq; capiſtris, et frenis vtendū eſt. Rez miraz audi. quā ve-
lim ſepius adhibita diligētia cōtempleris. Quicq̄d leges tā ſacrę q̄ʒ
ciuiles, taz veteres q̄ʒ noue, tā publicę q̄ʒ ꝑuatę, ſeu in poenaz cōmi-
nātur. ſeu pollicentur in premiū, corſuz tēdit, vt hui⁹ contumaciſſi-
mi appetit⁹, ceruicoſaz duriciez, et caput obſtipum cōtundat et ſubi-
gat. Facili⁹ Xerxem Themiſtocles, Dariuz Alexāder, Gallos Cę-
ſar, Bellerophon Chimerā, Hercules Hydram, Theſeus Mino-
tauruz, Ariſteus Protheuz, Cadm⁹ draconē, q̄ʒ hāc immaniſſimā
feraz debellauit, imo cū illa debellarint, ipi ab iſta oppugnati ſunt ⁊



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

expugnati: propterea dictuʒ eſt a ſapiēte. Melior eſt patiēs viro forti, et qui aīo dn̄atur ſuo, expugnatore vrbiuʒ. Nō aliam ob cauſam veteres heremitę viri ſanctiſſimi, quales in noua lege fuerūt, Paulus, Antoniꝰ, Hilariō, et in veteri Helias, Heliſeus, et ceteri filij ꝓphetarꝫ, Carmeli accolę ordinis nr̄i ꝑncipes et autores, vrbes, ⁊ hominuʒ cōſortia fugiebāt, in ieiunijs ⁊ in diuinarꝫ rerꝫ contēplatione degebāt, nō aliā inquā ob cauſaʒ, niſi vt hunc rebelleʒ et cōtumaceʒ appetitum emollirent, legiqʒ ſubijcerent, cōtinua hęc intra nos pugna, et vt Auguſtinus inquit, rara victoria

## De animi perturbationibus CC. viij.

Nec prętereunduʒ hoc loco partē hanc animę quaʒ ſenſitiuā dicimꝰ nunqʒ quieſcere, ſed inſtar maris ſemꝑ ęſtuare. et aſſiduis perturbationibus agitari. Sicut em̄ mare duodeciʒ vētis, ꝙs Plinius in libro de naturali hiſto. cōnumerat, et vexari nō deſinit, hoc eſt ab oriente in occidenteʒ, et ab occidente rurſuʒ in orientem veniamꝰ ſubſolano, vulturno, euro, noto, Auſtro, Libanoto, Aphrico, Fauonio, Cauro, Traſcea, Septentrione, Aquilone, Cęcia, ita memorata pars animę totidē ꝑturbatōibꝰ, quas Egidiꝰ Rhomanꝰ libro ꝑmo de regimine ꝑncipuʒ refert, in magnos fluctꝰ intumeſcit ⁊ fremit. Sūt aūt hę ꝑturbationes, amor, deſideriū, odiuʒ, abhominatio, delectatio, dolor ſeu triſticia. Iſta em̄ ad animuʒ, ille vero referūtur ad corpꝰ. Spes, deſperatio, audacia, timor, ira, ſegnicies quā ipſe Egidiꝰ et alij Neoterici vocāt manſuetudinē paſſionū, ad eiꝰ māſuetudinis differētiaʒ, quę cū ſit mediocritas quędā inter irā ⁊ ſegniciē, nō paſſio ſed ꝟtus eſt et appellat᷑. Primꝰ ſenarius ad cōcupiſcibilē, ſcd̄us pertinet ad iraſcibilē. Sed queadmodū pręt᷑ iā dictos gn̄ales vētos alij q̄daʒ peculiares ſunt vt Scirō apd̄ Athenienſes paulum a Cauro deflectēs, ſic dictꝰ ꝙ ſpiret a ſaxis, q̄ Scirō latro a Theſeo interfectus quōdaʒ inhabitabat. et Circiꝰ apud ꝓuinciā Narbonēſeʒ naues in Italia recto curſu deferēs. Ita pręter iaʒ dictas ꝑturbatiōes, alię quędaʒ numerātur ab Ariſtotele, in libro

ſecūdo rhetoricorū, videlicet zelus, grā, nemeſis, miſericordia, inuiuidia, erubeſcentia, His appetitus ſicut mare, natura ſua inſtabilis ſemper perturbatur et fluctuat. Hinc mundi turbines excitantur, hinc diſcordie, hinc tumult⁹, hinc bella, hinc excidia, vrbiū et hominum interit⁹ oriuntur, his laqueis, his retib⁹, anime noſtre captiuātur, his plagis includūtur, ſimul hoc viſco fallūtur, hoc veneno potantur, his ſordibus inquinātur, his deliramētis illudūtur, hoc luto inuoluunt, his illite maculis amittunt dei patris imaginem, hij ſcopuli nauigantibus ad coelum paſſim obijciūtur, he ſunt noſtrae Syrtes, vbi herent noſtra nauigia, he Capharea ſaxa hec mendax ⁊ inſidioſa lux in ipſo Caphareo, hic Euripus vbi ſaltē ſepties in die periclitatur iuſtus. Haec Scylla, hec Charibdis, he Symplegades, quarum concurſibus deprehenſae animae coeleſtis patrie curſum amittunt, hec torpedo que mētibus noſtris torporē ac ſtuporē immittit, et ad bonū op⁹ reddit immobiles, hec illa mirāde ꝟtutis Echeneis, q̄ armatas claſſes et magno vētoꝝ impetu cōcitas mirātibus nautis infrenat et ſiſtit, he Syrenes, q̄ vocū lenocinio. ⁊ blandientibus cantilenaꝝ illecebris captos, in feras amiſſa humanitate trāſmutāt. haec Meduſa aſpectu tā noxia. vt videntes cōuertat in ſaxa, he Salmacis aque q̄ viros effemināt. Haec deniq̄ ē illa teterrima peſtꝭ q̄ nrā hac tēpeſtate ꝑ totū terraꝝ orbē cōtagia ſue atrocitatis effudit. He tibi volui cōmemorare ⁊ q̄ſi oculis ſubijcere, vt viſis hoſtiū tuoꝝ caſtris, ſcias quātū tibi immineat periculū, et qua ꝟtute pugnādū, et quibus ad victoriā opus eſt copijs

## ¶ Unde ſecuta ſit rebellio appetitus ¶ Cap. ix.

Ut ne q̄rele aut calūnie loc⁹ relinquat. q̄ inter has cōpugnātiū viriū cōflictatōes a deo cōſtituta ſit hūana fragilitas a theologis ſapiēter occurrit. Aiūt em̄ ⁊ ſnie huius author ē Moſes, hominem a deo per grām ita formatum, vt q̄diu diuinae legi ſubiectus eſſet, nec mortis neceſſitatem incurreret, nec vllam rebellionem ab inferiori creatura pateret, haberet q̄ non extra ſolum, ſed

intra ſe q̄etē, trāquillitatē, et pacē, adeo vt ⁊ intellectus ſine phātaſ-
matibus clare intelligere, et ratio ſine mēbroꝝ ⁊ appetitus diſcordia
libere et expedite poſſet operari. At ſoluta in deuz patrez obedientia
homo in multiplici eſt in aīo et corꝑe poena mulctatus. In corpus
eñ cuz infinitis lāgoꝝ aculeis mors immiſſa eſt. Quā ſnīaz poetae
gentiliuz quaſi diuinātes in ſeparato Promethei fabula depinxerūt
In regnūz ꝟo animi, due grauiſſime ſeditiones exorte ſunt. Vna ꝑ
quam intelligentie libertati damnum inflictum eſt, vt. ſ. intellige-
re non poſſit niſi (vt Ariſtote. inquit) phantaſmata ſpeculetur, cui
ſeruituti ante peccatuz nō erat addicta. Altera per quā volūtas illa
eximia, ſupremaqꝫ potentia, qua ſola ꝓmereri cōmererīqꝫ, et boni ma
liqꝫ ꝓ arbitrio eſſe poſſumus, cōtra nitentis appetitus emulationez
incurrit. Et pleruzqꝫ (teſte ſcriptura) ſolet vſu euenire, diuino etiaz
iudicio cōprobatuz oñditur, vt que quis foecerit, eadez patiat̄. Sic
Sauli poſtq̄ deo rebellauit Dauid aduerſatꝰ eſt. Ipſi quoqꝫ Dauid
Abſolon, Salomoni q̇daz. Adad regia ſtirpe natus, qui diu exula
rat in Aegypto Itez Razon, et Ieroboaz, qui poſt mortez Salo-
monis ſuꝑ decez tribus imꝑauit. Natura igit̄ vitiata peccato, et ap
petitꝰ vinculo in vindictaz ſoluto, belluz hoc aſſiduuz et repugnan-
tiaz carnis incurrimꝰ. Hic itaqꝫ locꝰ eſt cui medicina querit̄, cui ſtꝫ
applicāda fomēta ꝟtutis, cui patiētie Craſis inducēda, vt animo be
ne momēti ſubdita ſit, et obtemperās ac idonea rationi

## ¶ De varijs hoīz diſpoſitōibꝰ ad peccadū Ca. x.

Quemadmoduz (teſte Chriſto in euangelio) ſpadonum tria
ſunt gñā. Vnū eoꝝ que natura frigidi ſunt Alteruz eoꝝ qui
ferro ac manu fiūt. Tertiū cū quis et ſi natura eſt ꝓnus in Venerez
ꝟtutis tñ beneficio fultus, caſtimoniā ſeruat. vt de Socrate legimꝰ
qui cuz iuxta metopoſcopi iudiciū, ex totius corꝑis filo atqꝫ habitu
iudicātis, eſſet natura vinolētus atqꝫ venereus, ea vitia ſic diligen-
tia ꝓfligauerat, vt nemo eſſet ea tempeſtate cōtinētior et ſanctior.
Ita fere in om̄i ꝟtutis ac vicij gñe cōtingit. Sunt eñ (vt exempli

gratia) de iracũdis loquar q̇ naturę impetu fere nullo moueãtur ad
irã. vt hij q̇ ſegnes, imbelles, ignauiqꝫ naſcũtur, de q̇bus illd̕ Saty-
rici Sed leua in parte mamillę. Nil ſalit arcadico iuueni. Sunt q̇
et ſi bile cõcitãtur, nocendi tñ inſtrumẽtis carent, vt facti ꝑ ferꝝ eu-
nuchi, qui licet ſalacitatez ſentiãt (ſicut in vita Appollonij Tyanei
legimꝰ apud Philoſtratuz) tñ non hñt vnde Veneris conſequãtur
effectuz. Sunt q̇ et impetũ et inſtrumentũ habentes rõnis lege qua
ſi quadã animi diuinitate regũtur. Haec igitur cũ ita ſe habeant, in
ſolo fere gñe tertio virtus ē poſita, q̇d ex arboribꝰ perſuaderi poteſt.
Arbor em̃ quę natura recta eſt, nulla indiget ad rectitudinez induſ-
tria, quę ꝟo ita praua naſcitur, vt dirigi nullo mõ poſſit, omnez a ſe
artez facit alienã. At quę inflecti poteſt ac dirigi laborẽ artificis nõ
fruſtrat̃. Atqꝫ hęc de actionibꝰ quas trãſeuntes vocãt ⁊ inſtrumen
tis egẽt, quicunqꝫ legis dicta memineris, in animãtibus em̃ quę or-
ganis nõ vtunt̃ (vt volũtatis operatiõibus) nulla obſtat quin pecca
re poſſint mẽbrorũ inopia. De his dictuz eſt a Chriſto. Qui vide-
rit mulierẽ ad concupiſcẽduz eaz. iã mœchatꝰ eſt in corde ſuo. De a-
lijs ꝟo intelligitur illud Sapiẽtię dictuz. Qui potuit trãſgredi et
nõ eſt trãſgreſſus. Et eoꝝ quidez q̇ repugnãtię ſtimulũ patiuntur,
gradꝰ ſunt pene in infinitũ abeũtes. Eſt nanqꝫ q̄ tenui diligẽtia ſu-
peret̃. Eſt quę maiorẽ conatuz cõtra nitentis rõnis poſtulet. Eſt q̄
tãto impetu arcez rõnis impugnet, vt vix humana reſiſtat infirmi-
tas, et hij ſunt vt plurimũ, quibꝰ ingens ē animus, et natura feruẽs
multis adiuta ſpiritibus, qualis in Hectore, in Achille, in Hercu-
le, et in alijs q̇ ſemidei a noſtris, a gręcis ꝟo dicũtur heroes. Hij ſunt
forti atqꝫ elato animo viri, q̇ magna ſempꝑ aggrediũtur, et quorũ vt
ſplẽdida facinora, ſic ⁊ enormes caſus audiũtur, mediocritatẽ fugi-
entes, aut p̄claris facinoribꝰ ſe illuſtrant, aut famoſis ſceleribꝰ ſe inq̇
nant. Fuit ex hoꝝ numero Dauid, fuit Salomõ, pater ⁊ filiꝰ ambo
modo religione, modo vicijs excellentes. et ex noſtris Paulꝰ apoſto
lus, qui et eccleſiaz Chriſti molitus eſt extinguere, et ad Chriſtuz cõ

uerſus de ſtimulo carnis cōqueritur, ⁊ colaphiſari ſe dicit a Satha
na, Addaꝫ et beatiſſimū patreꝫ Hieronymū, qui in vaſta ſolitudīe
conſtitutꝰ, ſibi videbat̄ choris intereſſe puellaꝝ. ⁊ vt in q̄t frigeſcen-
te corpe ſola libidinuꝫ incēdia bulliebāt. Eſt in manibus oīm liber
confeſſionuꝫ Auguſtini, in quo mulieꝝ amore nō tentatuꝫ ſoluꝫ. ſꝫ
et ſuperatū ſe ingenue cōfitetur. Erat in his natura potēs et fertili
terrę perq̄ꝫ ſimillima, quę vna eademq̄ꝫ foecunditate niſi ꝓhibeat̄
a villico, et malas herbas et bonas paſſim et ꝓmiſcue gignit, mani-
feſtum id et in equis, qui eiſdem viribus quibus poſſunt velociter
currere, agiliter ſaltare, bellatoreꝫ ferre pn̄t. et de minuꝫ ferire, ⁊ ſeſ-
ſorem excutere, et obuios cōculcare

## ¶Vn̄ tanta in hominibus diuerſitas ¶Ca. xi.

Quod ſi queras vn̄ tanta ſit in hominibꝰ naturarū varietas,
vt ſpecie nō nulli differre videātur Qd̄ de animabus hoim
Platonici cōcedūt Ut enim reperies qui natura timidi ſint, tardi,
ſomnolenti, inertes, pigri, ſegnes, ignaui, ita videas qui naſcātur a-
nimoſi, ſtrenui, vigiles, induſtrij, vegeti, cordati, excitati. Inueni-
es etiaꝫ quoſdaꝫ natura pios, religioſos, iuſtos, cōtinētes, modeſtꝰ,
benignos. Itē quoſdā impios, irreligioſos, iniquos, auaros, proca-
ces. inuerecūdos immanes. Bn̄ diſpoſiti a natura (hoc āt licet ocu
lo ad oculuꝫ intueri) minori diligētia ꝓficiūt. At quibꝰ nouercali o-
dio natura difficilis fuerit, ſolēt oīa faciēdo nihil ꝓficere, et operaꝫ
ac impenſas vt plurimuꝫ perdere. Nec Cherilus malꝰ Alexandri
poeta, Nec Meuiꝰ et Bauius minus q̄ꝫ Homerꝰ et Vergiliꝰ per-
diſcēdę poeticę ſtudiuꝫ impēdiſſe putandi ſunt. ſed minus habuiſſe
fauoris a natura, ꝓpterea illi ſunt ignobiles. Iſti inter heroicos ho
norātur. Plotinus in primo de prouidētia libro, capite quarto, tria
tangit que putat nobis inuitis ad bonitateꝫ ac maliciaꝫ plurimū con
ferre, Primū eſt inclinatio illa qua etiā ante pręſenteꝫ vitam coepit
anima vergere in corpus, et carnis optare conſortiuꝫ. Aliud eſt cor
pus ſic affectum, vt animum ad talia prouocet, et ſtatiꝫ ab initio in-

cantam, et deinceps gradatim aſſuefactaz. Tertiuz ē ſubit⁹ ſenſibili
um occurſus per ſenſus in animā, ſic afficiēs eam. Horum trium
duo tanq̄ vera ſuſpicimus, primuz autez reijcimus, q̄ m̄ cum catho
licis animas ante hāc vitaz fuiſſe nō putamus. Inſequ i videntur et
nationes ſua vitia. Unde et latini ſupcilioſi ac elati dicūtur. Uani
Lygures. Leues Galli. Iactabundi Hiſpani. Bellicoſi Germani,
Mēdaces greci. Poeni foedifragi. Citatur a Paulo ap̄lo Epime-
nidis poetę Gręci vulgatus ille de Cretenſibus verſus. ΚΡΗΤΕΣ
ΑΕΙ ΨΕΥΣΤΑΙ ΚΑΚΑ ΘΗΡΙΑ ΓΑΣΤΕΡΕΣ ΑΡΓΟΙ Cretēſes ſp
mēdaces, malę beſtię vētres pigri, Si queras igitur vñ ta nta ſit in
natura varietas, diſcrepātia in morib⁹ in vita diuerſitas, nolo me
modo coarctare ad inextricabiles huius perplexę queſtiones āguſ-
tias dicaz tñ trāſeunter et ſummatiz, affirmaboq; referre multuz,
quo ſemine quis ꝓgenit⁹ ſit, q̄ vētre ſit fot⁹ embrio q̄bus horis nat⁹
infans, quib⁹ cibis et exercitijs educat⁹, quibus cum alitus, quibus
diſciplinis imbutus, ſub qua coeli parte nutritus. Nō enim omni-
um ęque nationum corpora ſunt ad ſapientię ac intelligētię percep
tionez idonea. Unde Socratez vel (vt alij volūt) Thaletez dicere
ſolitum accepimus, propter tria ſe maxias deo gratias habere, ꝙ .ſ.
mas non femina, homo nō beſtia, grecus nō barbarus natus eſſet.
Erāt enim greci natura apti magis ad philoſophiaz, ꝙ ꝓpter aeris
et coeli temperiē corpora ſortiti eēnt ab excellentijs cōtrarietatum
(vt philoſophi aiūt) remotiora. Seres enim qui extrema mūdi cli-
mata inhabitabāt, tantū ab coꝝ complexione qui clima quintuz in-
colūt elōgantur, vt ꝯplexio q̄ vni gēti ſalubris eſt, plerūq; alteri mor
tez cōſciſcat. Et vt corpoꝝ diſpoſitionib⁹, ſic morib⁹, ſic legib⁹, ſen-
tentijs differūt et igenijs. His de cauſis Athenieſes ingenioſiores
Thebani robuſtiores habiti ſt, ꝙ videlicz illi in puriore, iſti ī craſſi-
ore aere ꝟſarent. Tātus eſt corpis influxus in aīaz, vt Platonici (q̄
demones et āgelos volunt eſſe corporeos) putent eos ꝑ corporuz va
rietate varijs rebus oblectari, eos qui de coeleſti ſubſtantia corpus

habent, figuris et cātib⁹ allici; qui ex igne. fumo, et odoribus ſacrifi-
cioꝝ, qui ꝟo ex aere, dicunt ſeſe corporib⁹ noſtris inſinuare ſolitos et
humani corporis humorē exugere. Affirmat Herodot⁹ libro hiſto-
riaꝝ tertio, ſe ex gn̄e Scytaꝝ ſapientez audiuiſſe neminez preter v-
nuz Anacharſiz, q̄ (vt Cicero in q̄ſtionib⁹ Tuſculanis inq̄t) ſapien
tię fuit admirādę. Haec igit̄ quę ad bene beateq̃ viuēduz tanti mo-
menti ſunt, nō noſtrę ſunt facultatis, ſed aliūde ſuppeditātur. Licz
em̄ bn̄ mori noſtri ſit arbitriꝗ̄, tn̄ bn̄ naſci ⁊ bn̄ educari, nr̄ę nō eſt ptā
tis. Propterea cuz de ſalute agit̄, nō vitę ꝑncipiū, ſed finis inſpicit̄.
Satis ergo fuerit nobis ptātem cuz difficultate relinqui, diuinuz
adiutoriū nulli negari patere viā om̄ib⁹ a vitiȷ̃s ad virtutez, a ꝟtute
ad gloriā, ꝙ ſi quibuſdā maiori cuz labore, certe etiaz maiori cū mer-
cede. Hae particulares cauſę (quę rebelliones appetit⁹ augēt ac mi-
nuūt) intellectę ac recitatę ſunt a philoſophis. ⁊ cōmunis illa cauſa,
hoc eſt peccatuz originis a primi parētis inobedientia natum a ſo-
lis theologis allegat̄, quę predictis adiuncta, tātę molis eſt in om̄i-
bus, vt ad peccatuz incuruet. Hinc illud apoſtolicuz, ſi dixerimus
quia peccatū non habem⁹, noſmetipſos ſeducimus, et veritas in no-
bis nō eſt. Sed iam ad appetitum redeamus.

## ¶De vi appetitus ¶Ca. xiȷ̃.

Appetitus ergo per inobedientiā primi hoīs, abſolutus a le-
ge rōnis, pręuaricari coepit et inſanire de cuius clamdeſtinis
inſidiȷ̃s, et incurſionib⁹ apertis, Jacob⁹ ita loq̄tur. Unuſquiſq̃ ve-
ro tentat̄ a concupiſcētia ſua abſtract⁹ et illect⁹. In eo ꝙ abſtractus
dicit, violentiā exꝑmit. In eo ꝙ illect⁹ adiūgit, fraudulentiā ſignifi-
cat. Paul⁹ autez ad Romanos ſcribens appetitū his ꝟbis accuſat
et taxat. Naz velle adiacet mihi, ꝑficere autē bonuz nō inuenio.
Non em̄ quod volo bonū hoc facio, ſed q̄d nolo maluz hoc ago. Si
aūt quod nolo illud facio iaz non ego operor illud, ſed q̄d habitat in
me peccatū ſic Apoſtolus. Erāt in Paulo ſicut et in nobis, duo fere
homines, ſpiritualis ſcilicet et carnalis. Uerba autem ſupradicta

ſpiritualis ſunt hominis, de carnalis tirānide cōquerentis, et carnalez hoīez hoc ē appetitū, peccatū vocat, quia videlicz ſemper nos ad peccatū flectat et inducat. Spiritualez hoīez ipē Paulꝰ dicit interiorē, cum Paulo infra ſubiūgit. Cōdelector eniz legi dei ſecūdum interiorē hominē, et de carnali ſubinfert. Uideo aliā legē in mēbris meis, repugnātez legi mētis meę. Mox homo ſpiritualis in Paulo videns ſe nō poſſe penitus carnali reſiſtere, quaſi indignabūdus in hęc v̈ba prorūpit. Infoelix ego hō, quis me liberabit de corpore mortis huiꝰ: et paucis interiectis ita cōcludit. Igitur ego ipē mente ſeruio legi dei, carne autez legi peccati: Hoc idē et Christus inqt. Spiritꝰ quidez prōptus eſt, caro āt infirma. Spiritus ꝙppe mens eſt, in qua pręſidet volūtas cōſentanea rationi, et parata ſemꝑ niſi retrahatur ab appetitu parere diuinę legi. Caro autez, hoc eſt appetitus carnalis, infirmus ea de cauſa eſt appellatꝰ, ꝙ voluntatē ſemꝑ prępediens, omnez operā noſtrā reddit infirmā. Uel quia nos propter carnis legem rationis conatibus reſiſtentem, ſimus ad omne preclarū facinus infirmi. Nec tn̄ minus infirma caro nūcupabit̄ etiam tum cum appetitus bonis operibꝰ aſſuefactꝰ, adheſerit rationi. Naz vis ea quę quoniaz imperiuz volūtatis exeqt̄ur, executiua nuncupatur corporeis inſtrumētis alligata, nec operis perfectione nec operandi velocitate poteſt volūtatez adęquare. Ex deo igitur et ex volūtate efficacia eſt, at tarditas et deterior agēdi conditio ex carne, non aliter q̄z in claudo progreſſionis obliqtas, ex curuitate cruris eſt, ſed eundi facultas ex anima. Hoc perpēdens in ſecūdo Ethicoꝝ dixit Ariſtoteles, incōtinentes ſimiles eſſe paralyticis. Quēadmoduz eniz paralyticus morboſa qualitate, viz motiuaz impediente, quorſuz non vult manuz vertit, ſic incōtinēs ſi aliquādo, vel bonitate naturę, vl diuina inſpiratione motus, aſpirare velit ad virtutez. cōtinue proteruientis appetitus impulſu, de vię regię rectitudine, in dexteram, aut ſiniſtram, hoc eſt de mediocritate virtutis, in id quod plus aut minus eſt, deturbat



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## Quomodo appetitus ligetur — Cap. xiij.

Contra hāc teterrimaʒ peſteʒ, quod aliud meliꝰ dari poteſt antidotuʒ, ꝙ quod Paulꝰ oſtendit dicens. Caſtigo corpus meū et in ſeruitutē redigo, ne cū alijs p̄dicaueri, ip̄e reprobꝰ efficiar. Pugnāt ergo inter ſe hęc duo ſp̄, et ea pugnę lex eſt, vt victor victo imperet, et quo libuerit trahat. Rē miraʒ intellige, quā ſi ſaperēt et ſibi recte cōſulerent hoīes, fortaſſe vitā cautius inſtituerēt, nec ſeip ſos incōſulte ac improuide viuēdo, tot vitioꝝ cathenis alligarēt. Uſus et cōſuetudo ea ſunt quę appetituʒ ligāt et obſtringūt. Cōſuetudo ꝟo quę cathena eſt adamāte ſolidior, per exercitiū vſuʒq; contexit. Actiones aſſiduę annuli ſunt, ſi appetitꝰ ad id quod cōcupiſcit, voluntatis aſſenſuʒ ſemel traxerit, vnū cathenę annulū complicauit, ſi cēties eam ſeduxerit, iaʒ ex centū orbiculꝰ cathena cōtexta, collū victę volūtatis innodat, et captiuā ducēs, illudē et inſultare nō ceſſat. Hinc Hora. in epi. Animuʒ rege, q̄ niſi paret, Imperat. hūc frenis hunc tu cōpeſce cathena. Animuʒ auteʒ vocat impetū appetitus

## Quid valeat habitus — Ca. xiiij.

Cathena hęc a philoſophis (qui reꝝ naturas ſubtilit̄ inſpexerunt) habitꝰ appellatur. Is cōtinuis et frequētibꝰ malis actionibus ſic pedetentiʒ et ſenſiʒ nobis adheret et ſubrepit, vt in naturaʒ trāſire videat̄, ſicut lignū a natura rectuʒ, poſtq̄ diu flexurā paſſuʒ fuerit, a curuitate dimoueri non p̄t, nec ligno minꝰ tenaciter adheret ea figura, q̄ ſi ab origine curuatura veniſſʒ. Scituʒ eſt illud memorabile Lycurgi exemplū, qui volēs populo quātuʒ cōſuetudo poſſit oſtendere, duos catulos, vnuʒ in ſyluis, alteꝝ domi in popina educari fęcit, mox cōuocatis turbis tale ſpectaculuʒ exhibuit. Catulos adduci iuſſit, et ꝓpoſito hinc lepore, hinc cacabo ſolui eos mādauit, qui popinę aſſuetꝰ erat, ad cacabuʒ repentino curſu ſe ꝓripuit, q̄ ꝟo in ſyluis coaluerat, mira peduʒ leuitate fugiētez leporeʒ inſecutus eſt. Uidētur ergo habitus natura fortiores, vt pote quam ſubigunt, domāt, et immutant, et vnuſquiſq; habituʒ habēs, niſi diligē

tiã ʒ adhibeat, in cõtrariũ ʒ lcdʒ euʒ ſꝫ operat̃. Operat̃ ãt habituatꝰ
facile, ꝓmpte, ꝑfecte, et cũ delectatiõe, qui ꝟo ſine habitu ẽ, ⁊ ſi bene
operari pt̃, neqꝫ em̃ id negauerĩʒ, nõ ẽque expeditꝰ et prõptus venit
ad operãduʒ. nec tãta inerit operationi voluptas ꝑfectio facilitas.
Unde illd̃ Ariſto. in Ethi. citharœdi eſt citharaʒ pulſare, ſtudioſi
bene pulſare. Ineſt ergo habitui (vt theologi clariſſimi ſentiũt, ⁊ pręſertiʒ Jo. Scotus in ꝓmuʒ ſentẽtiaꝝ. diſt. xvij. queſt. ij.) vis actiã,
qua cuʒ animę ꝟtute cui in fuerit, habituatꝰ valet ad meliꝰ et laudabilius operãduʒ. De vi cõſuetudinis q̇d a Ualerio dicat̃ hic referaʒ
Cretẽſes inq̊t cuʒ acerbiſſima execratione aduerſus eos q̊s vehemẽter oderunt vti volũt, vt mala cõſuetudine delectẽtur, optãt, modeſtoqꝫ voti gñe efficaciſſimũ vltionis euẽtuʒ reperiũt. Inutiliter eniʒ
aliq̇d concupiſcere, et in eo ꝑſeuerãter morari, exitio ea vicina ẽ dulcedo. At ſi volũtas mea diligẽtia ſtudioqꝫ excitata cœperit appetitui dñari, et eiꝰ feritateʒ mollire colẽdo, breui ſi ꝑſeuerarit et victoria vti ſciuerit, nec vires remiſerit, victrix euadet, et in altiſſimã virtutis arcem cum victorię ſignis euolabit. Ad hoc Paulus ad Romanos hortat̃, dicens. Ergo fratres debitores ſumꝰ non carni, vt ſecunduʒ carneʒ viuamus. Si eniʒ ſecundũ carnem vixeritis moriemini. Si auteʒ ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Uita. ſ. immortali ac ſempiterna, quę ſola vera eſt vita, et ab omni mortis contagione ſemota

## ¶ Quod paucoꝝ ẽ appetituʒ ſupare ¶ Ca. xv.

SEd pauci admodũ ſtꝫ q̇ carnis ĩbecillitate deuicta felicitate tãtę victorię potiãtur, ea nãqꝫ eſt volũtati cũ appetitu ↄcordia ea familiaritas, ea neccitudo, vt pene nũq̃ꝫ ſciat eiꝰ plene r̃pugnaꝛ blãditijs. Docuit hoc cũ ſumma totiꝰ humani gñis incõmoditate atqꝫ iactura ꝓtoplaſtus hõ, qui cũ mõ eſſet ab opifice deo cõditꝰ, ⁊ ĩ perfecta membroꝛuʒ corporis et animę viriuʒ integritate formatꝰ, pręmonitꝰ etiaʒ quid euẽturuʒ eẽt delinq̃nti. maleſuadẽti feminae, ne (vt Auguſtinꝰ inquit) eaʒ quã habebat in delitijs cõtriſtaret, al-

ſenſus eſt, ex illo tp̄e cœpit verum eſſe q̄d a Moſe dicitur, Chilezer leb rahe mincabrab, id eſt quod latine plurib⁹ v̄bis explicatˀ. Senſus et cogitatio cordis humani prona eſt ad malum a iuuentute ſua vitium hoc in ramos a radice diffuſum, indies magis, magiſq̄ȝ conualuit, et ſeneſcente natura quotidie reuireſcit. Adam rationis typus eſt, appetitus Eua, cum rationem dico ſuperiorem animę partem, quę et voluntatez et intelligentiā includit, intelligo. Volūtas libera ē, facile tñ perſuadetˀ, et paulo momēto huc vel illuc impellitˀ, appetit⁹ vero libertate carēs, ſemp̄ obſtinate et irreuocabiliter triſticiam fugit, et ſeq̊tur voluptatez irreuocabiliter inq̄ȝ ſi eum ſpectes, nunq̄ȝ enim ſeipm̄ ipſe reuocat aut cohibet, ſed ſi ſuperiorez virtutē cui ſubijcitˀ animaduertis reuocari poteſt, vt diximus

## Qđ motui coeloruȝ aſſimilatˀ mot⁹ appetitus

Ca.xvi.

PОrro operepręciū eſt ī his aīę potētijs, ītueri ſil'e q̇ddā motui coelor̄. Quēadmodū eñ nonę ſphęrę (q̄d eſt p̄mū mobile) īpetu, firmamētuȝ et planetar̄ orbes q̄tidie ab ortu ad occaſuȝ rapiuntˀ, qui diurn⁹ mot⁹ appellatˀ, et tñ duȝ corſuȝ ferūtur, motu q̄daȝ alio ſic cōtranitūtˀ, vt q̇buſdaȝ tp̄m ſpacijs, totū zodiacū retrogrado curſu metiātur. Sic et appetit⁹ quātūuis a rōne regatˀ ſp̄ tñ diuerticula q̄rens aliquātulū refugit, et q̄ſi bos plauſtro ſubiugatus, et bibulci ſtimulo punctus, ad carpēduȝ gramen collū intorquet.

## Qđ duplici hoīs naturę duo ſpūs p̄fecti ſunt.

C.xvij.

HUic duplici hoīs naturę duo (vt theologi volūt) a deo dęmones deſtinātur, vn⁹ qui cuȝ ip̄e bon⁹ ſit ad bonū alter qui iuxta ſuā neq̊ciam nos vertit ad malum. Qui appetitui fauet Genius dicitur ab antiquis. Genius autez ab ingenio dicitˀ, q̄d naturā ſignificat vnicuiq̄ȝ inſitā, et Geni⁹ quod ingeniū hoc ē naturā ſecūdū appellatˀ. Fuerūt etiā philoſophor̄ quidā, q̄ dixerint ſingulis rerum naturis et ſpeciebus, ſingulos angelos attributos, q̄ con-

ſeruãdis curã impẽderẽt. Euclides etiam ſocraticus duos omnibꝰ
hoĩbus genios appoſitos dixit, qui et lares vocãtur, bonũ ſcilicet et
malũ, In cuiꝰ ſniam Lucius Florꝰ venit, cũ dixit, Bruto poſtera
die in prelio morituro, per noctez apparuiſſe atraz quãdaz imagi-
nẽ, et q̃ eſſet interrogatã, tuz malus geniꝰ ſum rñdiſſe. Nõ eniz ad-
didiſſet malꝰ, niſi alterꝝ bonuz geniuz extimaſſz. Hi et penates dice-
bãtur, qui qm̃ pro eorꝝ ſeu hominũ ſeu locorꝝ quibus preſunt cuſto-
dia, cuz alijs laribꝰ pugnant, et aliqñ ſuperãtur, dictũ eſt a Virgilio
de Aenea, Iliuz in Italiã portans victoſqz penates. Hec quanqz gẽ-
tilia ſint attigi, q̄ nõ ſunt ſi bonũ iudicez inueniãt, multuz a noſtris
dogmatibꝰ diſſidentia, at de his alias. Sed quorſuz iſta nũc: Nem-
pe vt oñderem nõ mirꝝ eſſe paucos ad illaz victoriã peruenire, de qua
dictuz eſt, et tamen neceſſe eſt vt in paucorꝝ, hoc eſt bonorꝝ catalago
cõputemur et ab illa infinitate ſubtrahamur, de qua ſcriptum eſt a
ſapiente. Stultorum infinitus eſt numerus

## ¶ Quã miſeri ſunt qui peccant ¶ Cap. xviij.

Qui ad tãtaz ſcelerꝝ immanitatẽ, cõfirmato iã peccãdi habi-
tu deſcẽderũt, vt nec rõnem audire. nec coeluz iã ſuſpicẽ poſ-
ſint, hi ſunt de quibꝰ dicitur ab Aplo, excecauit eñ eos malicia eorꝝ
Eoſdẽ Ariſto. taxat cũ inq̃t in Ethicis, õnem malũ eſſe ignorãtez,
malus eñ habitꝰ quaſi quedã tenebroſa caligo, de vitiorꝝ palude ſe at-
tollens lõge ampliꝰ qz perturbatio ſeu paſſio mẽtez excecat, et igno-
rãtie nocte lumen rõnis abſcõdit. Licebit hoc experimento cognoſce-
re, ſi ſtatuãtur duo, vnꝰ intemperãs, alter incõtinens. Intẽperantẽ
dicimꝰ, qui ſine vlla repugnantia rõnis, libidinibꝰ et voluptatibus
immergit. Incõtinens vero eſt, qui poſt aliquã pugnã appetitꝰ et rõ-
nis, a fluctu perturbatiõis opprimitur Queratur vter eorꝝ grauius crimẽ
putet adulteriũ, rñdebit incontinens graue ſibi videri, et propterea ſe
conari ab eo tanqz a turpiſſimo ac foediſſimo animi morbo decliare
Intẽperans vero contẽnet forſitã, et videns rñdebit illud quod in ſepul-
chro Sardanapali recitatur inſcriptuz, Haec habeo que edi, quaeqz

exaturata libido hauſit. Cognoſce quãtuz ignorãtie ſecũ ferat mala cõſuetudo. Quis ignorãtez nõ dicat eũ qui dr̃ malũ bonum, vel q̃ graue malũ putet eſſe leuiſſimũ Nõne qui trabez dicit eſſe feſtucaz hebetes habet oculos et qui ictum gladij culicis aculeum fuiſſe credat, tardioris eſt ſenſus

## De tribus ſtulticie gradibus — Ca. xix

Tres huius ſtulticie gradus eſſe, ꝑ tres illos mortuos quos Chrũs ſuſcitauit oſtenſuz ẽ. Primꝰ qui i domo ſua ſuſcitatꝰ eſt, hos ſcat q̃ malis cogitationibꝰ allecti, veneno peccati intra conſcientiã admiſſo. ad extrinſecuz opus, vel verecundie freno, vel alia quauis cauſa p̄pediti nõ exeunt. Scd̃us qui extra ciuitatis portã vite reſtitutꝰ eſt, illos oñdit qui cogitationẽ in opus duxerũt, tãto infoeliciores effecti, quãto magis voti cõpotes extitere. Tertiꝰ qui in monumẽto foetẽs, et quadriduane mortis detẽtus ergaſtulo, iã amicos in vite deſperationẽ adduxerat, illos ſignat, q̃ cogitationẽ in opus, et opus in cõſuetudinẽ habitũqꝫ verterũt, quoꝝ vita plena flagicijs, coelo infernoqꝫ deteſtabilꝰ eſt. Illud obſcuꝝ et illaudabile genus hoim̃, duz fas et iura ſubuertit, dũ neqꝫ modũ neqꝫ modeſtiam ſeruat. dũ om̃is diſcipline ſeueritatez abijcit, quanq̃ꝫ multis preſit, lateqꝫ dominet̃, vitio tñ ac diabolo ſeruit, dicẽte Paulo ad Romañ Serui eſtis eiꝰ cui obediſtis, et quanq̃ꝫ leui extriſecꝰ pelle niteat, intrinſecꝰ tñ ruderibus oppletũ, tabiduz ⁊ intollerabili ſanie putrefactũ eſt. Quãq̃ꝫ ſibi multiſqꝫ placeat, deo tñ et angelis bonis inuiſuz inſeſuzqꝫ et ẽ et eſſe debet, vtpote q̃d ſimile ſit ſepulchris dealbatis, q̃d vitioꝝ ſentina, latrina ſceleꝝ et totiꝰ immũdicie cloaca dici poſſit. Propterea Paulꝰ ad Romañ. cap̃. vi. Nõ ergo iquit regnet peccatuz in veſtro mortali corpore vt obedeatis cõcupiſcẽtijs eius, ſed neqꝫ exhibeatis mẽbra veſtra arma iniquitatis peccato. Et Dauid huiꝰ ſpiritualis morbi foetorez nõ ſuſtinens clamabat. Putruerunt et corrupte ſunt cicatrices mee a facie inſipientiae meae

## Qũ terrena voluptas breui dilabit̃. argumen-

tū ab imperatorum exemplis. CCa.xx.

ADde ꝙ ea q̄bus ꝑtōres plurimū ſidūt, et q̄ ꝓdite amāt bre-
ui amiſſuri ſt̄, naꝫ q̄ ſubſunt fortūę ludibrio, nō eſt eoꝝ diu-
turna poſſeſſio. Subijciam⁹ exēpluꝫ eoꝝ qui apd̄ hoīes dij fuerūt, q̄
in vita ꝯſecuti ſt̄ quicq̄d ꝓmittit terrena fœlicitas, de imꝑatoribus
loq̄r, q̄bus q̄ttuoꝛ hęc diuitię, potētia, honoꝛ ⁊ voluptas, q̄ prę cete-
ris oībus mortales mirant̄ affatiꝫ ſuppetebāt. Juli⁹ Cęſar omitto
q̄t curis, q̄t laborib⁹, q̄t periculis, ⁊ diſpēdijs ꝑuenit ad regnū, id em̄
impoſſibile relatu ē. nec dū plenis velis in imꝑio nauigabat, et ecce
cōiurationīs tēpeſtas exorit̄, qua ſic oppꝛſſus ē, vt trib⁹ et viginti pla-
gis cōfoſſus obierit. Cay⁹ Caligula Romanoꝝ imꝑatoꝛ Poſtq̄ꝫ tri
ēnio et decē menſib⁹ imꝑauit, trucidat̄ a ſuis. Claudi⁹ āno imꝑij q̄r
to decio venenat̄. Nero ſext⁹ Romanoꝝ imꝑatoꝛ, iuuenis adhuc, ⁊
in triceſiō ętatis floꝛe cōſtitut⁹, qui ardēte Roma Troię aloſiꝫ decā
tarat, ſeipꝫ ſuo pugione cōfodit. Galba ſenex imꝑij mēſe vij. in vrbē
ad lacū Curcij trucidat̄, et eius caput q̄d toti orbi legē dixerat a Gre
gario milite āputatuꝫ, ad Calones ⁊ Lixas eſt ꝓiectuꝫ. Otho nona
geſiō q̄nto imꝑij die ſeipm̄ pugiōe ꝯfodit. Uitelli⁹ cuꝫ ſumma igno
minia ex ędib⁹ tractus, luto ⁊ ſtercoꝛe cōſꝑſus, mucrone gladij mē
to ſuppoſito, ne p̄ pudoꝛe facieꝫ inclinaret, ad ſcalas gemōnias duct⁹,
minutatiꝫ excarnificat̄. Domitian⁹ ex optio prē ꝑſſim⁹ fili⁹, Chriſ-
tianoꝝ pſecutoꝛ ſeuiſſim⁹, anno imꝑij ſui xv. necat̄ a ſuis, tāto īfœ
licioꝛ, q̄ꝫto ei⁹ potētia diuturnioꝛ. Prolōgatio em̄ tā ſeuę tyrānidis
q̄d fuit aliud q̄ꝫ coaceruatio diuię indignatōis? Antoni⁹ cōmod⁹ oī
b⁹ (vt aiūt) incōmod⁹ xij. imꝑij āno ſtrāgulat̄. Heli⁹ ꝙ illiberalis
eēt et ſordib⁹, imꝑij mēſe ſexto palā occidit̄ Antoni⁹ Caracalla ſep-
tio imꝑij ſuo āno, duꝫ leuādę veſicę gratia deſcendiſſet ab equo, a
Parthis oppꝛīit̄. Heliogabalus homo flagitioſiſſim⁹ quarto im-
ꝑij anno tumultu militū enecat̄. Deci⁹ Chriſtianoꝝ inimic⁹ impe
rij anno ſecundo barbaris eſt occiſus cadauere eius nuſquā reperto

Valerian⁹ qui cū Gallieno regnauit capt⁹ eſt a Pacoro Parthorū rege non occiſus ſtatī, ſed ad diuturnā mortē reſeruat⁹. erat enī ei equū aſcendēti ſcabellū pedū, qđ aliter dr̄ ſuppedaneū. Sed qđ ꝑgo tyrānoꝝ cędes recēſere: verſu illo Satyrico cōcludendū. Ad generū Cereris ſine cęde et ſanguine, pauci Deſcendunt reges, et ſicca morte tyranni. Hic citari poſſꝫ Antimach⁹ poeta gręcus, qui cum dolorē ſuū quē a morte chariſſimę cōiugis Lyſidices conceperat emollire vellet, elegiā ſcripſit, in qua calamitates oēs herouꝫ altius repetēs numerauit, ſed ad preſens iſta ſufficiāt. Hęc aūt dicta ſunt vt memineris breue ⁊ iterciſūꝫ eſſe ōne quod in hac vita nos allicit, lōgūꝫ et ꝑhenne oīe qđ cruciat, nā vt poeta inq̄t. Nulla eſt ſincera voluptas, et dulcedini ſemꝑ amaritudo ꝑmixta eſt, qđ Homer⁹ poeta clariſſimus innuit cū dicit. In limine Jouis duo dolia poſita, vnūꝫ mellis, alteꝝ fellis plenūꝫ, et ſingulis animab⁹ e cœlo in corpora deſcendētibus, ex vtroqꝫ dolio portionem dari

## Teſtimonia ex ſacra ſcptura idē ꝓbātia Ca. xxi.

His atteſtat̄ qđ in Pſalmo dr̄: Vidi impiūꝫ ſuperaltatūꝫ ⁊ excelſūꝫ ſuꝑ cędros libani, et trāſiui et ecce nō erat. Et iterū Viri ſanguinū ⁊ doloſi nō dimidiabūt dies ſuos, et ſi aliqñ proſpero negotioꝝ curſu lętātur, ſi peccare nō deſinunt, verificat̄ in eis qđ Claudia. inq̄t Tollūtur in altū. Vt lapſu grauiore ruāt. Et in pſalmo dr̄. Tu vo deus deduces eos in puteūꝫ interit⁹. Audire, nō pigeat qđ in alio ſanctiſſim⁹ Dauid de hoc peſſimo hoīm gñe ſit locutus, et quibus eos v̄bis inſectet̄. Sic eñ inq̄t. Quid gl'iaris in malicia, q̄ potens es in iniquitate: Tota die iniuſticiāꝫ cogitauit lingua tua, ſicut nouacula acuta feciſti dolūꝫ. Dilexiſti maliciā ſuꝑ bonitatē, iniq̄tatēꝫ magis loqui q̄ꝫ ęquitatē. Dilexiſti v̄ba pręcipitationis linguā doloſāꝫ. Propterea de⁹ ſubuertet te in finēꝫ, euellet te et religabit ac trāſmigrare te faciet a tabernaculo tuo, et radicēꝫ tuā de terra viuētiūꝫ. Videbūt iuſti et timebūt et, ſuꝑ eūꝫ ridebunt et dicent. Ecce homo qui nō poſuit deūꝫ adiutorē ſuūꝫ, Sed ſperauit in mul

titudine diuitiaꝝ ſuaꝝ, ⁊ p̄ualuit in vanitate ſua. Hactenus Dauid
alibi quoqꝫ dt. Inimici āt dñi mox vt honorificati fuerint ⁊ exaltati,
deficiētes quēadmoduꝫ fum⁹ deficiēt. Hmōi homīes igit̄ duꝫ ſe im
pune peccare aduertūt, dū patiētia dei male vtūtur, dū om̄ib⁹ libidi
nib⁹ ſuis pfruūtur, deuꝫ negāt, ꝓuidentiā irridēt, genus aliud vitę
nō putāt, et perſuaſi aīam interire cū corpe, poſt mortē nihil nos fu
turos exiſtimāt imo et deſiderāt, ne cōmiſſoꝝ ſcelerum pœnas luāt.
Jccirco dr̄ in pſalmo. Homo cuꝫ in honore eſſet non itellexit, cōpa
ratus eſt iumētis inſipiētibus, et ſimilis fact⁹ eſt illis

## ¶ De hominis excellentia ¶ Ca. xxij.

VJde queſo, quod iā diu tñ vidiſſe te credo: Sed recole modo
in quāta excellētia cōſtitutus eſt homo, vt pcipias q̄ꝫ ingra
tus ſit Deo, q̇ paſſiꝫ ꝓſtituit ſe diabolo. Eſt em̄ tātę perſpicacitatis
ſuapte natura hō, vt ingenio ſuo diſciplinas om̄es ac artes excuderit
At quomō id factuꝫ Ariſtotelis in primo libro methaphiſicę indi
cat dicēs. Hominem cui ociū ſuppetebat, poſtq̄ꝫ ſępe periclitatis in
rebus ac cōminus notis diu ſe exercuit et acta ac cuēta memoria col
legit, feciſſe artes atqꝫ diſciplinas et hoc nihil eſt aliud. q̄ꝫ quod A.
Belli⁹ refert dixiſſe Afraniuꝫ poetā in togata cuius hi verſus ſunt.
Uſus me genuit, mr̄ peperit memoria, Sophiā vocant me Graij,
vos ſapientiaꝫ. Sed Ariſtotelis ſectatores et pręſertiꝫ Euſtrati⁹ in
ethica ꝓſecuti ſunt dicētes. Ex his q̄ eodeꝫ mō neceſſario ſemp eue
niunt, pduxiſſe ſcientiā, a cuius regulis nihil excipit̄. Ex his ṽo quae
nō ſemper ſed tñ vt plurimū accidunt artē factam, quā quia multas
exceptiones admittit. et fallere interduꝫ videt̄ artificeꝫ, dixit Aga
thō fortunę amicaꝫ, At quę ſępe fiūt nec tñ vt plurimū, ſub artē re
digi nequiuiſſe, ſed circa ea ṽſari prudentiā, de his om̄es cōſultando
deliberāt. Quę aūt per quā raro apparēt neqꝫ ſciē, neqꝫ arti, neqꝫ cō
ſilio ſubdita caſui ac fortunę reliquerūt, Hęc igit̄ ſunt humanę pſpi
cacitatis indicia, quę Plini⁹ natural' hiſtoriae lib. vij. capite lvi. Jo
annes etiaꝫ Tortelli⁹ in dictione Horologiū, tribuētes ſua inuenta

ſingulis autoribus latius proſequũtur. Tantę etiã ſublimitatis eſt
homo, vt omnium quę coelo cõtinẽtur, immo & coeli ipſius ac Dei
ſit capax. Unde philoſophi gentiles multa de deo recte tradiderunt
vt ꝙ vnus, ꝙ immenſus. ꝙ incorporeus, ꝙ ſempiternus, ꝙ optim⁹
ꝙ omnipotens, ꝙ ſemper vigilans, ꝙ affectibus carens, ꝙ mundi
opifex, ꝙ primus motor, ꝙ finis õnium atqꝫ principium, et de hoc
genus alijs tam multa recte pręceperunt, vt magna pars Theolo-
gię noſtrę ab eis accepta ſit, Coeluꝫ autem quod tanto interuallo re
motum eſt, ſic ducente oculorum acie, ratio penetrauit, vt polos, vt
axes ęquinoctialeꝫ, ęclipticam maximas ſolis declinationes. tropi-
cos, arcticum et antarcticum, circulos, nec non et apiſdas ſeu epicy-
clos, motus etiaꝫ planetaruꝫ et firmamẽti ita depręhenderit, vt qui
diligẽter ſupputare, et ad calculuꝫ matheſeos reducere voluerit, vix
errare vnqꝫ poſſit. Quod exemplo declaratur Hypparchi Aſtro-
nimi. Ipſe enim teſte Plinio, ſolis et lunę curſus et eclypſes, in ſex-
centos annos ſeculo ipſo atteſtãte pręcinuit nõ minus veraciter, qꝫ
ſi conſiliorum naturę particeps fuiſſet. Tãti inſup vigoris eſt, vt ſit
eius animo cęleritas, vento citatior, igne volucrior, tãtę foelicitatis
vt ſi paulo minus minutus ab angelis, ſicut propheta inquit, et vt
philoſophi dicunt in ęternitate horizõte locatus, hoc eſt rebus ęter-
nis ppinquiſſimus et quo ad animum particeps ęternitatis. Hori-
zontem nanqꝫ vocant Aſtronomi circuluꝫ, quo viſus terminatur,
et hemiſphęria diuiduntur, et dicunt hominem in eo cõſtitutum, ꝙ
imaginati ſint naturã omnium congeriem diſtribui in duas partes
quaſi in duo hemiſphęria, mundi hemiſphęrijs ideo ſimilia, quia
ſicut mundi ſic et naturarum vna cõgeries. Quę eterna complecti-
tur nos latet, altera vero quę tempore menſuratur apparet, Homo
igitur in hoĩm hemiſphęriorum confinio ponitur, quia corporea
mole corporalia, et animi immortalitate cõtingit ęterna, et ẽ vtro-
rumqꝫ quoddam participium, partem ſui in hoc, partem in hemi-
ſphęrium illud extendens Sortitus etiaꝫ corpus quod immorta-

ſitatem poſſit induere, ad imaginem quoqꝫ dei factus. Omniũ p-
terea animarum dominus habens, ad cuſtodiam ſui, angelos quaſi
ſatellites, aut pedagogos: Coeli inſuper (niſi deum contemnat) he-
res futurus, dęmonibus hoc eſt angelis malis et apoſtatis imperat
Unde Hermes Triſmegiſtus dixit, hominem tantę ſublimitatis,
vt deos faciendi habeat facultatem. Statuis enim fabrefactis, dę-
mones ad inhabitandum eas magicis artibus inducebant, et eas
quaſi animatas pro dijs habebant. Inſuper et promerendi paradi-
ſuz habet arbitrium, et in ſecundo phiſicorum meminit Ariſtoteles
Homo quodammodo finis eſt omnium, ꝛ vt Plinius in principio
ſeptimi libri de hiſtoria naturali dicit. Cauſa hominis videtur cũc-
ta alia genuiſſe natura. Et iccirco prędictus Hermes Triſmegiſtꝰ
homo inquit magnum eſt miraculum o Aſclepi. et in ſecundo libro
Aſtronomicon. M. Manilius de homine loquens ita inquit.
Eximiam natura dedit linguamqꝫ capaxqꝫ Ingenium, volucremqꝫ
animum, quem deniqꝫ in vnum Deſcendit deus atqꝫ habitat ipſuz-
qꝫ requirit. Et in tanto demẽs cõſtitutus honore, dum appetitum
magis qꝫ rõnem ſeqꝫtur, cõparatꝰ iumentis inſipientibus, quę nullo
rõnis moderamine, ſed ſolo impetu feruntur appetitus

## Que ſit ſumma hominis miſeria — Ca. xxiij

Status igitur iſte flagitioſorum hominum, ſummae miſerię
(qua nulla in hac vita maior eſſe poteſt) ſtatꝰ eſt. Summa
enim miſeria culpa eſt. Nam et ipſi damnati. et ęternis poenis ad-
dicti, magis eo ꝙ culpis ſordeãt qꝫ ꝙ poenis doleant miſeri ſunt, et
ꝙ miſeriae plus inſit culpae quam poenę. Si vacat, et placidi ra-
tionem admittis edam. Quod enim peius eſt, id miſerius, at cul-
pa peior eſt quam poena. Quid inquit peior, immo neqꝫ mala eſt
poena cũ iuſta ſit. Omne enĩ iuſtũ bonum. ſed malũ dupliciter
dici planũ eſt, malum ſcilicet ſimpliciter, et vt theologi dicunt ma-
lum huic, et fieri poteſt vt quod ſimpliciter bonum ſit huic malum,

Sicut poena quę ſimpliciter bona cuꝫ ſit, eſt tñ huic mala quē cru-
ciat, mala auteꝫ dr̄ ꝙ bonum ꝗddā tollat, ſed qđnam bonū: neqꝫ em̄
ſimpliciter dr̄ bonū, ſed tripliciter. Bonoꝝ em̄ quoddā honeſtū, ꝗd-
dam vtile, quoddaꝫ delectabile. Poena (de qua eſt ſmo) non omnis
boni genꝰ, ſed eius qđ delectat expungit, et qr̄ quod honeſtū eſt nō ſo
lum nō deſtruit, ſed fulcit, ſimpliciter bona, huic tñ mala ꝗ plectitur
qr̄ per eā voluptate ꝓuatur. Sed age dic vtꝝ optabiliꝰ puniri inſon
tem, an ſonteꝫ abſolui: vel ꝗd idipm̄ eſt culpa ſine tortura, an tortu-
ra ſine culpa: Si appetitū cōſulas, ſi beluaꝝ prudētia vtaris, modo
impune feras, culpaꝫ ridebis. At ſi menteꝫ interrogas, et coelū ſuſ-
pexeris, nō moleſtias tm̄ vitę naturales, veꝝ etiā carcerē, ſeruitutē,
morbos, infamiā ferruꝫ, incendia. morteꝫ deniqꝫ ipam culpę antepo
nes. Legimus admirādę fortitudinis exemplū ſingulare, cui ſimilē
nō habet gētilis antiꝗtas Septē mulieres Cappadoces dū cruorē
Blaſij martyris, cuiꝰ agonem admirātes cōuerſę fuerāt, pronę hu-
mi ſpōgia colligūt, obiecto Chriſtianitatis titulo, trahūtur ad prae
ſidem, et cū poſt multas cōminatiōes inuicte perſiſterent, miniſtri
magiſtratꝰ, genus om̄e tormentoꝝ exponūt. Laminas, ęculeū, plū-
bum liquefactū, et illos pectines ferreos, ꝗbus Blaſiuꝫ nō diſcerp
ſerāt, ad incutiendū terrorē intentāt, et ꝗ ſit in ſpectaculo plꝰ ener-
gię, qr̄ cōtraria mutuo ſe exaggerāt ad numeꝝ mulierū, ſepteꝫ thora
ces igne cādentes ad leuā, ſepteꝫ ſcđo veſtes xilinas molliſſimas atqꝫ
cādidiſſimas, ad dexterā collocāt. Jubent vtrum malint ad nuduꝫ
induāt. Una illaꝝ relictis duobꝰ infantulis, quos ſecū habebat, cur
ſu cōcita veſtes xilinas corripuit et in igneꝫ negādę fidei incitamen
ta ꝓiecit. Nō eſt ad aſpectū tam terribiliū poenarum exterrita muli
er, nō ploratu natoꝝ mater elāguit, duriora morte tormēta nō hor-
ruit ſed naturā, vincēte conſtātia, thoraceꝫ ignituꝫ ad carneꝫ indui
tur. O rem antea nunqꝫ auditā. O facinus dignū ęterna memoria
O exempluꝫ ad cōfirmādos debiles efficaciſſimū. Nos auteꝫ a ma
ioribus noſtris tm̄ degenerauimus tm̄ ab antiqua ꝟtute receſſimꝰ,

vt vel minimo incōmodo, vſqȝ ad dei blaſphemiā, prolabamur

## ¶ De delectatiōe. et an ſit peccatū ¶ Cap. xxx.

Conducere ꝓpoſito ſatis arbitror, ſi ad ea que de cōcupiſcibili atqȝ iraſcibili diſſerebā redeam⁹. Dixi cōcupiſcibilem vim in ea toto impetu ferri, que labefactare vidētur voluptatez. Hec igitur ita ſe hñt ſed altius ac intimi⁹ mente ꝑgamus, rez recōditam cognitu digniſſimā, et ex philoſophoꝝ ac theologorum archanis de prōptaz accipito. Si cōcupiſcibilis quod cupit aſſeqtur, et voti cōpos fiat, repēte ex victoria gaudiū innaſcitur. Flāmeſcit, accēditur, ſi cōſequi nequit, aut ſi quicqȝ offendit, quod offendat, triſticiaz incurrit. Gaudiuz et triſticia operationes nō ſunt, ſed ab operatione neceſſario ꝓfluunt. Sicut palati delectatio nō eſt ipſa cibi cōtritio, ſed ex cōtritione, ſicut lux ex ſole, calor ex igne, pulchritudo ex iuuentute, cōſurgit. Propterea et ſi operatio ipſa in noſtra eſt ptāte, vt amare et odiſſe, poſitis tñ operationibus. delectatio aut triſticia, velimus nolimus, ſenſuz inuadit. Sicut in nrā eſt poteſtate, ignez accendere, at cuz accēſus eſt, velimus nolim⁹, ſplēdet et calet, Hinc diuinus ille Plato dixit, animas fieri malas, nō ſponte ſed inuitas. Nā licet peccandi opacio ſit libera, tamen habit⁹ malus, qui nobis malitie notā inurit, ex actione libera neceſſario ſurgit, et animaz inuitam capit et irretit, ex liberis actionibus quedā neceſſario et naturaliter prodeūt, vt paſſiōes et habitus. Dolor igit̄ corporis et animi triſtitia ſimiliter gaudiuz et delectatio, operatōes nō ſunt, veꝝ ex operationibus ſurgunt. Amare et odiſſe qđ eſt volūtatis, Senſiſſe ꝑcipere, qđ ſpectat ad ſenſuz, operationes ſunt, ⁊ ex his oriuntur ea q̄ predixi, moeror, leticia, dolor, et voluptas, quas latini ꝑturbatiōes, noui theologi paſſiōes, Greci παθη dicunt. Et iccirco eos q̄ natura vel more ſtꝫ rigidi, nec vllis affectib⁹ inflectunt̄, q̄les legim⁹ Diogenē, Pirronē, Heraclitū, Timonē, apathes hoc eſt imperturbabiles vocāt. Non igitur in perturbatione actionis, ſed in ipſa actione peccatuz eſt, S. rem turpez amas, peccas, delectatio et libido, quae

ex amore turpitudinis manāt. peccatū non eſt. Propterea ſi ad fla-
gitioſuꝫ opꝰ inuitus venias, quanq̄ꝫ adſit voluptas, non tñ peccas,
Si vero ad honeſtuꝫ facinꝰ, vltro te cōferas, et ſi non delectaris, tñ
recte agis. Habes ergo in opere ſine triſtitia officium, et ſine omni
delectatione peccatum, in opere igitur precedente, non in affectione
ſequente, laus et vituperium, virtus et vitium, lucrum et damnum

## Redargutio quorundā theologoꝛuꝫ de delecta-
## tione loquentiū. Cap. xxv.

HInc ſequitur minime veꝝ eſſe q̄d dicit̃, ad menſurā malarū
voluptatū torqueri malos in inferno. Sunt eñ pleriq̄ꝫ,
quoꝝ animꝰ eſt ad peccata prōptiſſimꝰ, ſed corpꝰ egruꝫ, ex cuiꝰ habi-
tu friget appetitꝰ reſiſtit voluptati. Nō ergo delectatio q̄ pendet ex
membris, ſed interioꝛ actio que pēdet ex aīo, ratio penaꝝ atq̄ꝫ mēſu-
ra eſt. Locꝰ aūt apocalypſis quē allegāt ſic eſt exponēdus. Quātuꝫ
glificauit ſe et in delicijs fuit, hoc ē q̄ꝫtuꝫ delectari ſtuduit, vl' quāte
ſe delectiōi expoſuit, mos ei ſcṗture ē, vt nōnūq̄ꝫ affectꝰ ꝓ cauſa pona-
tur. ſic erubeſcē ꝓ verecūdari, excādeſcere ꝓ iraſci, geſtire ꝓ gaudere
freq̄nter vſurpāt. Hoc etiā ab aliq̄bꝰ theologis ſic enarrat̃, vt delec-
tationeꝫ duplicē dicāt. Unā q̄ operationeꝫ āñcedat, ⁊ hoīeꝫ ad peccā-
dū irritet. Alterā quā volūtas appetitu inardeſcēte, corrupta ex o-
pere expectat, vt ei fruēdo ſe totā imergat, Huic ſcd'e cōmenſurari
aiūt poenas, quibꝰ cōtradicimꝰ ea rōne, ꝙ volūtas nō ſp voluptateꝫ
quaꝫ optat ſeq̄tur, nō ergo deꝰ delectatiōi quaꝫ peccās ꝑcipit, ſed ei
quā ex pctō ſperauit tormenta retribuit. Appetitus ergo ſenſibilis
(vt coepimꝰ enarrare) ſi reꝫ grataꝫ offendit, exultat et geſtit, ſi in q̄d-
piaꝫ q̄d offendit, incurrit, moeroꝛe deijcit̃. Tūc iraſcibilis pro cōcu-
piſcibili pugnās, q̄d nocet aggredit̃, et ſi voti compos fit exultat, ſin
auteꝫ nō poteſt, triſtat̃ et languet. Nec q̄ſquaꝫ oro, me redarguat ꝙ
in enarrādis his verboſioꝛ fueriꝫ. Nam que maioꝛ ſermonis ꝟtus
eſt, q̄ꝫ vt aptus ſit. Adde ꝙ ſi (vt Aug. in q̄t) dicere nihil eſt aliud, q̄ꝫ
quod animo cōtinens, auditori ſermone oſtēdere. Certe qui dicendo

id nõ conſeqtur vt intelligatur, dixiſſe non videtur, ſed iam ad cete ra feſtinemus.

## Quid ſit ṽtus et vitiuz. et in q̃ ſita ſint C.xxvi

HAbes iaz q̃d vitiuz, q̃d ve ſit virtꝰ. Eſt nãq; ṽtus in concu piſcibili ſeu iraſcibili habitꝰ per morẽ acq̃ſitus, vires iſtas le gi ſubijciẽs, et ad om̃e rõnis imperiuz hoiem ſemper prouocãs et in clinãs. Per morem acq̃ſitus inde dictuz eſt. vt non putes virtutez mortalez inſtar ſciẽtię a pręceptore infundi, aut id virtutis eſſe q̃d natura ſua ſponte ꝓduxit: Sũt enim pleriq; natura, neq; ſcurrę ne q; ruſtici, ſed vrbani, ſed nõ eſt in eis ṽtus. at quędã potiꝰ naturae foelicitas, ac dei donuz. Qđ Craſſus auus Craſſi q̇ a Parthis inter emptꝰ eſt, nũq; riſerit, Antonia Druſi nũq; ſpuerit, Põponiꝰ cõſu laris poeta nunq̃; ructarit, natura id pręſtitit, nõ virtꝰ. Propterea id in eis (vt Ariſto. docet) neq; laude, neq; vituperio dignũ fuit. At q; Socrates ſemꝑ eodẽ vultu neq; hilari nimis, neq; turbulẽto vi ſus ſit, id in eo viro ſapiẽtia claro ṽturẽ exiſtio. Vitiuz ṽo in eiſdez potẽtijs, habitꝰ eſt ꝑ morẽ inductꝰ, ad ea tm̃ inclinans, quę ſenſui placeãt et applaudãt. Cũ aſſueuit ergo cõcupiſcibilis, parere rationi Cõſuetudo hęc tẽperantia eſt, qua ſuadẽte, cõſuetis homo abſtinet voluptatibꝰ, Et a vitio q̃ſi ab extaſi in ſe reuerſuz turpitudinis ſuę pudet ac penituz, Eſt igit̃ bonꝰ habitus aĩę ſanitas, nã ſicut corpꝰ tuz demuz bñ valere a medicis dr̃, cũ et recte operat̃, et a cõtrarijs nõ fa cile vincitur. Sic ſecunduz philoſophos atq; theologos, tuz animꝰ eſt incolumꝰ, cuz ſecundũ rationez agit, et incitamẽtis malis nõ aſ ſentit, hoc per ṽturez habetur. Virtꝰ igit̃, vt ex ſnĩa Platonis ante iã diximus, animę ſanitas eſt, q; ſi ſanitas, eſt et perfectio

## De quibus deinceps agendum. et quantuz va leat ex arte certare Ca.xxvij.

SUnt (Ariſtotele teſte ĩ primo ſecũdoq; Ethicorum libris) animę potẽtijs Pro ingenio et natura ipſarum. Diuerſi habitus ſpecieſq; virtutũ. Uerum poſthabitis alijs, de his tantum

agemus, quę in iraſcibili collocãtur, quoniã hęc ſunt quę plurimũ valent animi tuo morbo conducere, De fortitudine. ſ. ac patiẽtia, de ſpe et lõganimitate, de pſeuerantia et fide ſubijcientes aliq̃ relatiõe digna memorię iucunda, dulcia auditui, neceſſaria vſui, Has virtutes ſi tibi conciliaueris, ſi familiares, ac cõtubernales habueris, nullius hoſtis vim formidabis, ex omni piculo erueris, in om̃i certamine coronaberis, Nã cum ab initio ſanctorꝝ comites ſemper extiterint, ⁊ corꝝ ſtratagemata viderint, docebũt te certare legittime, quod quãti momẽti ſit, audi Pauluz dicentẽ, Nõ coronabitur niſi qui legittime certauerit. Certãt illi legittime, qui bellicę rei peritiã habẽt. Peritiã autez illi hñt, qui exercẽtur diu ſcd̃m artez, quę poſtq̃ tranſiuit in habitũ, naturę vim ſic eleuat, vt par diuinitati neſcio quid addat. Subijciã hic ex libro Vegetij de re militari pmuz caput, vt cognito quid in corporalibꝰ bellis certãdi lex valeat. Certare ſpiritualiter tãto magis diſcas quãto hoĩs magis intereſt vitia ſupare quã homies. Igit eius hęc verba ſunt, In om̃i prelio nõ taz multitudo et virtus indocta, q̃z ars et exercitiuz ſolet pręſtare victoriã et triũphũ Nulla eñ alia re videmꝰ populuz Romanũ ſibi orbez ſubieciſſe terrarꝝ, niſi armorũ exercitio, diſciplina caſtrorꝝ atq̃z vſu militię Quid eñ aduerſus Gallorꝝ multitudinez paucitas Romanorꝝ valuiſſet? Quid aduerſus Germanorꝝ pceritatez breuitas potuiſſet audere Hiſpanos quidez non tm̃ numero. ſed etiaz viribꝰ corporum. nr̃is pręſtitiſſe manifeſtuz eſt, Aphrorꝝ dolis atq̃z diuitijs ſemp impares fuimꝰ Grecorꝝ artibus prudẽtiaq̃z nos vinci nemo vnq̃z dubitauit, ſed aduerſus hec om̃ia, pfuit Tyronez ſolertem eligere. ius (vt ita dixerim) armorꝝ docere, quotidiano exercitio laborare, quęcunq̃z in acie euenire prelijs poſſent. om̃ia campeſtri meditatione prediſcere et q̃tidiano exercitio roborare, ſeuere in deſides vindicando, Scia enim rei bellicę dimidicãdi nutrit audaciã, nemo facere metuit, q̃d ſe bene didiciſſe cõfidit, etem̃ in certamine bellorꝝ exercitata paucitas ad victoriaz pmptior eſt. Rudis et indocta multitudo expoſita

ſemꝑ ad cędē, hęc Vegeti⁹. Ex quib⁹ cõſtat, ꝙ ſi tãta diligentia in ſpũalibus bellis hoĩes vterẽtur. quãta in corporalib⁹ vſi ſunt Romani, quãq̃ꝫ ſit hoĩe diabolus, et lõgi tꝑis exꝑientia, et ingenij ꝑſpicacia, et mot⁹ velocitate ꝑſtantior, ſemꝑ tñ victores eſſem⁹, nam q̃d habet min⁹ a dęmone noſtra natura, ſuppleret de⁹ per grãm, ſi nrãm vĩteret ſolertẽ induſtriã, Ariſto. in Ethicis. In ꝟtutibus (inquit) ſcire ipm̃ paꝝ eſt, immo nihil, vti ꝟo atq̃ꝫ exercere plurimũ immo totũ. Et ibidē ꝯtra ignauos inuehit̃ dicens. Sed pleriq̃ꝫ nõ ita agũt veꝝ ad diſputatõ es fabulaſq̃ꝫ ꝯuerſi, putãt ſe optĩe philoſophari, ęgrotos imitari, q̃ ꝟba medicoꝝ audiunt q̃dem diligẽter, faciũt autē nihil ex his quę ſibi pręcepta ſunt. Vt ergo illoꝝ corporib⁹ non bene erit, q̃ ita curãtur, ita nec illoꝝ anim⁹ qui ita philoſophãtur

## Que ſunt arma ſpiritualia homini cum diabolo pugnaturo — Ca. xxviij.

Fortaſſe me miraberis, ꝙ tibi q̃eſcere volenti, et pacifico hoĩ ꝓponã militiã, bellũ ꝑſuadeã, et ad tyrocinij rudimenta ſolicitẽ. Ad te reuertere, rõnẽ cõſule, et videbis hoc eſſe ſalutare cõſiliũ. Putaſne te inter hoſtiũ caſtra victuꝝ in pace? Animaduerte vbi ſis, vbi cubes, in mũdo, in carne cõſtitutę animę, quę quies, q̃ ſecuritas, q̃ pax eſſe pt? Memor eſto viſiõis beatiſſimi viri Antonij Abbatis, q̃ excessu mẽtis poſit⁹, vidit totũ orbē laqueis impeditũ. Tota ſcrꝑtura ſacra ad arma clamãte, tibi ꝑſuades in pace viuere Militia ē vita hoĩs ſuꝑ terrã dixit Job, ipſi ſctõꝝ principes apl'i, et ipſoꝝ ꝑmi Petrus et Paulus, et pugnãdũ nobis eſſe, et pugnandi artẽ ⁊ armaturã docent. Petr⁹ em̃ inq̃t. Sobrij eſtote et vigilate in orõnibus, q̃a aduerſari⁹ veſter diabol⁹ tanq̃ꝫ leo rugiẽs circuit, querẽs quē deuoret, cui reſiſtite fortes in fide. Ecce bellãdum dicit, hoſtē oñdit, ꝑiculũ nũciat, arma demõſtrat ſobrietatē, orõnẽ fidē His armis, cũ diabolo eſt, nõ ferro nec funda dimicãdũ, hoſtis em̃ q̃litas, docet armaturã aliter cũ Gallis, aliter cũ Parthis, aliter cũ liberis, aliter cum ſeruis decernẽdum. Propterea Pau. ad Ephe.

ſcribēs admonet eos cū quo ſint hoſte cōgreſſuri. Nō eſt nobis (in-
quit) collucratio tantū aduerſus carnē et ſanguinē, ſed aduerſus ꝑn-
cipes et poteſtates, aduerſus mūdi rectores tn̄brarū harꝫ cōtra ſpi-
ritualia neq̄tie in cœleſtibꝰ. Aduerſus igit̄ ſpūales hoſtes, q̇ certant
ꝓ cœleſti hereditate tollēda, ſpūalia arma ſunt habēda, ⁊ q̄ nā ea ſint
bonꝰ armoꝝ doctor Paulus expſſit. Propterea inq̇t, Accipite ar-
maturā dei. vt poſſitis reſiſtere in die malo. Armatura dei ꝟtutes
ſunt, q̇bus munitꝰ hō tierior, nō timeat a timore nocturno. A ſagit-
ta volāte in die, a negocio ꝑambulāte in tenebris, ab incurſu ⁊ dęmo-
nio meridiano. Et ſubinfert State ergo ſuccincti lūbos vr̄os in ve-
ritate, hoc ē vere cōtinētes eſtote, nā qui in agone cōtendūt, ab om̄i-
bus abſtinēt, et illi quidē vt marceſſibilē coronā accipiāt, nos āt in-
corruptā. Lūbos ſuccingere eſt libidinē ac libidinis inſtrumēta ve-
lare, ligare, cōficere. Vn̄ et ſuccinctoriū dr̄ veſtis qua pudēda velā-
tur, a lumbis libido re et noīe deſcēdit, dicit̄ em̄ libido ⁊ lubedo qua-
ſi lumbendo, ſicut libet et lubet, et vtꝝq; apud veteres in vſu fuit.
Vn̄ et equis libidinis pruritū ineuntibꝰ lumbos ꝑcutiūt, et ſubiū-
git. Induti loricā iuſticię. Eſt āt iuſticia quedā ꝑticularis diuiſa in
diſtributiuā et cōmutatiuā, et hęc eſt quattuor cardinaliū vna. Eſt
et iuſticia generalis virtꝰ, ꝙ ſit totius legis obſeruatio legalis appel-
lata de qua dicitur ab Euripede, neq; Lucifer neq; heſperꝰ ita mi-
rabilis. Hęc igitur loricę comparatur, quę armatura eſt et munimē-
tum corporis, qualē in antiquis imperatoꝝ ſtatuis videmꝰ, habēs
etiā (cū numini addit̄) Meduſā in pectore nō ocioſę ſignificati-
onis ſignū, et de hac quę ęgis dicit̄, puto Paulū intellexiſſe. Lorica
enim cū Meduſę capite, iuſticiā non ꝑticularē ſed legalē ſignat
quę arca eſt illa Promethei, in qua virtutes om̄es incluſit Heſiodꝰ
Et bene numini attribuit̄, ꝙ eā iuſticiā habere diuinū ſit, ꝓpterea lo-
co predicto addidit Pau. Vt poſſitis reſiſtere in die malo, et in om-
nibus ꝑfecte ſtare: Perfectꝰ em̄ non eſt, niſi q̇ animo iuſticiā legalē
hoc eſt om̄ē ꝟtutē āplectit̄. Huic loricę Meduſę caput. i. ſaxifica

virtus inſcribit,quia aſpectuz viri qui omni virtute ſit ꝑdit⁹ abhor rēt demones,et pre timore ſtupiditate cōtracta lapideſcūt. Et notā duz ꝙ armaturā grauez Paulū inſtituit,cum iuſticiā legalez nomīa uit. Eſt ei duplex armatura,grauis et leuis,hec quidē arma,illa oīa cōtinet. Qui leui vtūt ferētarios,ꝗ vero graui cataphrattos vocant quo innuit aīam volētez de diabolo triūphare oībus armis muniri et cataphrattā eſſe oportere. Subdit Paul⁹. Calciati pedes in ꝑpa ratione euāgelij pacis. Quo ꝑcepto imbuit tyro ſpūalis,vt oēs ani me vires,que mouēdi corporis fungūtur officio ſemꝑ paratas ha beat,et ad capeſſenda iuſſa diuina expeditas et ꝓmptas. Sic etiā a magiſtris rei militaris iuniores in primis ad gradum,ad curſuz,ad ſaltū inſtruūtur,et de Pōpeio Saluſti. dr ꝙ cū alacrib⁹ ſaltu,cū ve locib⁹ curſu,cū validis vecte certabat. nec em̄ aliter potuiſſet par eē Sertorio niſi ſe et milites frequentib⁹ exercitijs paraſſet ad prelia. Proſeqꝛ Aplus. In om̄ib⁹ ſumētes ſcutū fidei,in ꝗ poſſitis om̄ia tela neqſſimi ignea extinguere, Cōtra diaboli tela flagrātia ꝑtendē dum eſt ſcutū,nō criſtallinū illō Palladis quo cōtra Meduſaz vi ſus eſt Mercuri⁹,nō ꝗd fabrefoecit Aenee Vulcan⁹,ſed alterius materie,alteri⁹ artis Tela em̄ diaboli nō ſunt ignea,nō ſunt fulmīa nō ſtꝫ phalarice,nō ſunt malta,qua Comagene Luculli Romani fu gauit exercituz. Inuiſibilia ſunt tela appetitū ita ſuccēdentia,vt ho mines illis ſautiati,ſeſe in mortē ſponte ꝑcipitēt. Illoꝝ āt viz fides extinguit. Subiūgit,et galeaz ſalutꝭ aſſumite. Galea ꝗ caſſis dꝛ mu nimētuz ē capitis,ꝗ datꝛ intelligi oportere oīs ſenſus ꝗ ſortiūtur ſe dez in capite,defenſos eē memoria et deſiderio ſalutis eterne. Sūt āt (vt phiſici volūt) ſenſus decez,ꝗnqꝫ exteriores qui oīb⁹ patent, et interiores totidez. ſ. ſenſus quē cōmunez vocāt,phātaſia, imagi natio,eſtimatiua,memoria. His ita vtēduz,vt nihil imaginemur, nihil cogitemus nihil in memoriā tranſire ſinamus niſi pium, ho neſtum,ſalutare diuinuz, Jccirco dicitꝛ a propheta Cogitatio ſanc ta ſeruabit te. Turpes et immundae cogitationes miniſtri ſunt ſa

thanę, et quanq̄ aīo blādiantur, cauenduz tn̄ ab eis tanq̄ ab hoſti-
bꝰ, quoꝝ tanto periculoſior eſt hoſtilitas, quāto illecebroſior eſt calli-
ditas. Arma quę hactenꝰ memorauimꝰ quandā patiētię ſpeciē ideo
pre ſe ferūt, ꝙ ſunt nō ad offendēduz idonea, ſed magis ſeruādę ſa-
luti noſtrae, et euitādis accōmodata vulneribꝰ. At q̄d addit Paulꝰ
Gladiꝰ. ſ. ſpūs q̄d eſt ꝟbuz dei, ad fortitudīs naturā accedit, eiꝰ eniz
eſt (vt ſępe iaz diximꝰ) non pati ſolū, ſed etiā cuz oportz iacturā in-
ferre. Uno autez mō verbū dei eſt Chriſtꝰ, de quo Paulꝰ ad Hebre-
os. Uiuꝰ eſt (inquit) ſermo dei et efficax, et penetrabilior oīmi gladio
ancipiti, et pertingens vſq̄ ad diuiſionez ſpiritꝰ et animę, quia diui-
dit appetituz a rōne. Alio mō quicquid inſpirāte deo ſancti loquū-
tur, eſt ꝟbū Dei, quo gladio vſus ē Stephanꝰ cum ſtaret in conſilio
cōtra Judęos. Propterea de Judęis d̄r, Diſſecabātur cordibus, et
et ſtridebāt dentibꝰ in euz. Uſus eſt et ipe Chriſtꝰ, cū poſt ieiunium
quadraginta dieꝝ eſt cōgreſſus in deſerto cuz diabolo. Exorciſtae q̄
latine adiuratores dicūtur. diuinoꝝ verboꝝ vires agnoſcūt. et eius
p̄cipue nōis, q̄d quia quatuor literis ſcribit̄, tetragrammatō d̄r pro
quo nos dn̄s hebręi ꝓ legunt adonai. Qui ergo p̄dictis armis ſe
munierit, erit ille fortis armatꝰ, de quo Chriſtus d̄t in euāgelio. Cū
inq̄t fortis armatꝰ cuſtodit atriuz, in pace ſtꝫ oīa quę poſſidet. Sic
ergo īſtructꝰ ſtabis ad ianuā. Sunt aūt ianua, ſenſus exteriores, a-
triuz ꝟo interiores et cōſcientię domū ita cuſtodies vt ab hoſtili de-
fendat̄ ingreſſu. Si in p̄cipio pugnę fortiter feceris et inſtar Tor-
quati hoſtes deieceris, arcē rōnis oppugnātes a rege noſtro breui co-
ronaberis. et vt de pugna magis q̄ de pace cogites, paucis ita con-
cludo. Tota hoīs vita ē pugna vl' ſeruitꝰ, dū tu pacez cogitas vitia
te impugnāt ſi nō pugnas, vinceris, ſi viceris ſeruis. Uita ergo ē
pugna vel ſeruitꝰ, quez pugnare piget ſeruire oportet. Et ſi qui im-
pij ſunt qui pacē habere videātur, pax iſta nō eſt pax, q̄ non eſt pax
impijs, d̄t dn̄s, ſed habere pacem vidētur. quia ſponte ſeruitiuz fe-
runt, et ſe diaboli facere mācipia. Dicat ergo anima membris corpo-

ris, que pugnę diuturnus laboꝛ offendit, illud Maronis
O ſocij neqꝫ enim ignari ſumus ante maloꝛum
O paſſi grauioꝛa, dabit Deus his quoqꝫ finem
Durate et voſmet rebus ſeruate ſecundis

## Quo fine ſanitas querēda eſt — Ca. xxix

Dicturꝰ de his virtutibꝰ, ne inter dicenduꝫ tibi grauiꝰ ſubrepat in cōmoduꝫ ſtatui te paucis admonere, ne in eoꝝ ſniam venias, qui cuꝫ ęgrotāt, tāto deſiderio ſanitatis vꝛgētur, vt Hippocratis et Auicēnę remedijs nō cōtenti, vſqꝫ ad deliramenta vetularum ⁊ magicas incātationes inſaniāt. accipe igit̄ hoc noſtrę milicię documētuꝫ, et moꝛe Romanoꝝ diſce in pace ita dimicare, vt cū belluꝫ ingruerit, nō frangare, Quocies igit̄ iniucūdi q̇d accidit, qđ appetitū et ſenſuꝫ offendat (vt phtiſis, febꝛis, moꝛbu ſve aliꝰ) licet diſpliceat, toto conatu cōtine iraſcibileꝫ, ne ad propellēduꝫ repēte cōſurgat. Conſueuit eī̄ temerarie niti et impetuoſe ratioꝫ aīire, et id theologi ſurreptioneꝫ vocāt. Ante igitur rōnem cōſulito, quę eſt rectitudinis index, ⁊ in regno aīę dei vicaria. ⁊ an moꝛibꝰ hic ferēdꝰ an abigendꝰ ſit inueſtiga. rn̄debit ratio Pytagoꝛicū illud, curanduꝫ ē vt ſit mēs ſana in coꝛpe ſano, nā coꝛpus aī tanq̄ꝫ inſtrumenta deo tributū ē, vt ad id qđ ratio poſceret ſe idoneū ⁊ obtēperās exhiberet, at cū infirmū eſt, neqꝫ in publicis neqꝫ in pꝛiuatis negocijs ſeruit, et tūc aīus coꝛpe q̄ſi compede q̄dam p̄peditus, a naturę ⁊ ꝟtutis ceſſat officijs, fitqꝫ contra naturam membꝛoꝛum ſeruus, que moderari debet ac regere. Dicit enim Criſpus. Animi imperio, coꝛpoꝛis ſeruitio magis vtimur. Rationis eſt quidem probabilis ē ⁊ ęqua reſponſio. iuxta auctoꝛitatē Pauli Noli adhuc aq̄s bibē, ſꝫ modico vino vtere propter ſtomachū tuuꝫ, ⁊ freq̄ntes tuas īfirmitates. Appetitꝰ ꝟo et ipſe ſanitatē ſuadet vt rō, fine tn̄ differt. Optat eī̄ ſanari ac bn̄ valere, nō vt examuſſiꝫ et caſtigate operet̄, ſed vt libidinoſe ac licēter inq̇net̄, vt. ſ. moꝛe canū ad vomituꝫ redeat, et moꝛe ſuis ad volutabꝛū luti. Sed hic eſt aīę oculus nequaꝫ, q̇ opus omne tenebꝛoſum facit

neceſ.n.ad normã reſpicit, et iõ nequã eſt oculus, qꝛ eius malus pro
ſpect⁹ limus aſpectat, ſtrabo eſt, imo lucioſus, nã in luce cęcutiẽs vi
det in tenebris. Lux ẽ virtus, tenebrę pctm̃, in his quę ſunt pcti eſt
circumſpect⁹ oculat⁹ et ſagax, in his ẽ Argus, ĩ his eſt Tiphis, ĩ his
ẽ Dedal⁹, in his ꝟo quę ad ꝟtutẽ et ſapiẽtiã ptinẽt, iners, ignauus,
muricidus, ſomnolentioꝛ Phoca, pigrioꝛ Coclea, cęcioꝛ talpa. At
rõnis bonus eſt oculus, finez nanqꝫ probitatis intendit regulã ſem
per tenẽs et ppẽdiculũ. Propterea et op⁹ eius ẽ nitidũ, rectuz, inter
polatuz, ac lucidũ, lucẽ non refugit, videri nõ metuit, at op⁹ maluz
tenebrarum amicum delitèſcere cupit, et in publicum vtpote ſuae
deformitatis cõſciuz, pdire nõ audet. Timet occurrere Satyricis,
Cynicis, veteribus Comoedijs, veris nomẽ datoꝛib⁹, tetricis cẽſori
bus pudet appellari, quod nõ pudet eſſe. Ingenijs nr̃is naturę vis
inſita, ꝟtutẽ in nobis depingit et vitiuz. Nã cum de vicijs loq̃mur
cõtractis ſupcilijs, frõte caperata, toruo aſpectu, truculento vultu,
ꝟbis atrocibus fulminamus. Spẽs hęc vitioꝝ. Sz cuz ſermo eſt
de ꝟtutib⁹, ex intimis animę penetralib⁹, exit in faciẽ feſtiuitas, hila
ritas, alacritas exit in verba quędã ſuauiloquẽtię pulchritudo non
fucata, q̃ ſi ppenderis ꝟtutis imaginẽ conat̃ exprimere. Accedit ⁊ fa
mę vulgare iudiciũ, vitijs nõ parcẽs, qđ oꝛe nõ pt more philomenę
ſcripto pmulgat. Sanitatẽ ergo ſine ppoſito quẽ ratio cõſulet q̃
rere licituz, imo et debitum, finẽ vero appetit⁹ reſpicere, turpe ac in
honeſtũ

## Quomõ quęrẽda eſt ſanitas. Caput xxx.

SEd ita finis rectitudo nõ ſufficit, niſi mod⁹ querẽdi ſit lici
tus. Licita ſunt quę lege cõcedũtur. Cõcedunt̃ autem quae
nõ prohibent̃. Om̃e quod pctm̃ eſt, prohibituz eſt, et om̃e qđ prohi
bituz peccatum. Propterea vt pituitã cures, fornicari non licet.
Nec audiẽdi ſunt medici, qui ad corporis ſanationem pctm̃ indu
cunt. Quę eñ demẽtia eſt, vt corp⁹ mũdes, aĩaz inquinare, id ſil'e eſt
vt argẽtuz ſerues auꝝ amittere, ne veſtẽ amittas, corp⁹ occidere, Le

gim⁹ Cõſtantinũ impatorẽ graui quodã morbo laboraſſe cui erat,
medicoꝝ iuditio, cruor hũanus ſingulare remediũ, qđ optimus ṕn
ceps, chriſtianis dogmatib⁹ nuꝑ imbut⁹ cũ audiſſꝫ, abhorruit, ⁊ mal
le ſe dixit ſꝑ egrotare, q̃ꝫ tã immani remedio cõualeſcere, et quanq̃ꝫ
de Cõſtantio nõ legeriꝫ loco ſatis idoneo, q.ſ. eo morbo laborarit, tñ
fidẽ facit Plini⁹, q̃ in vigeſiõ ſexto de naturali hiſtoria libro, capite
ṗmo ſic inq̃t. diximꝰ elephãtiaſiꝫ an̄ Põpeij magni etatẽ nõ accidiſ
ſe i Italia, ⁊ ipſaꝫ a facie ſepi⁹ incipiẽteꝫ in nare ṗmuꝫ, veluti lẽticu
la mox inualeſcẽte ꝑ totũ corp⁹ maculoſa varijs colorib⁹ ⁊ ineq̃li cu
te alibi craſſa, alibi tenui; dura, ceu ſcabie aſpera ad poſtremuꝫ vero
nigreſcẽte et ad oſſa carnes apṗmente, intumeſcentibus digitis in
pedib⁹ manibuſq̃ꝫ. Aegypti peculiare hoc malũ, et cũ in reges ĩcidiſ-
ſet populis funebre, q̃ppe in balneis ſolia tempabant̃ hũano ſanguĩe
ad medicinã eaꝫ. ſic Plini⁹ quẽ locũ citauim⁹ vt id medẽdi gen⁹ olĩ
in vſu fuiſſe cõſtaret, Sed q̃d mox ſubinfert Plinius, credi hoc de
Cõſtantino nõ ſinit, ait eñ Et hic quidẽ morb⁹ in Italia celeriter re
ſtinct⁹ eſt, Si ergo tpe Plinij, q̃ ſub Veſpaſiano floruit, erat iã re-
ſtinct⁹ hic morb⁹ in Italia, ſimile veri nõ eſt Cõſtantinum eo labo-
raſſe, q̃ poſt lõguꝫ tps impauit. Sꝫ his omiſſis, ad ea veniam⁹, vñ
p̄t nobis impẽdere periculũ. Prohibite igit̃ ſunt incãtatiões, ſorti-
legia, ac ſupſtitiones oĩes, q̃ ſunt ſimpliciuꝫ vetulaꝝ deliramenta,
nõ deridicula ſoluꝫ veꝝ et peſtifera, ac graui cẽſura coercẽda, ⁊ ſi vi
aliquã videt̃ habẽ, nõ ṽboꝝ, nõ ſignoꝝ, non dei vis illa ẽ, ſꝫ fallaciũ
demonũ, nos vanis obſeruationib⁹ illaq̃are ſtudẽtiũ Eſt in. v. decre
taliuꝫ libro caput, cuius initiuꝫ eſt Cuꝫ infirmitas corporis, Ubi
duo in medicos decreta ſunt Primũ vt priuſquã ad infirmoꝝ de-
ueniãt, eos admoneãt vt medicos aduocẽt animaruꝫ. Alteruꝫ ne in
firmis quicq̃ꝫ ſuadeãt, quod in pernicieꝫ vergat animarũ. Petrus
Aponenſis, vir magne ſed nimium audacis temerarieq̃ꝫ doctrinae
ſecutus Orpheum, Zoroaſtrem, Porphiriuꝫ, Apuleium, et cete-
ros damnate magie ſtudioſos, in conſiliatore ſcribit incantationes

ad infirmorum curaȝ cōferreq̄ȝ plurimuȝ. Veruȝ q̄ꝛ in Decretis Graciani.c.xxvi.q.v.c.nō liceat. Vanas iſtas ſtellaruȝ, ꝛ incantationuȝ obſeruationes videtur ſanctoꝝ patruȝ damnare ſentētia. Petro aſſentienduȝ nō conſulo, ſi tn̄ verba ſint ſancta, fideliter et nulla ſuperſtitione ꝓlata vt ſymboluȝ fidei, et oratio dn̄ica non damnauerim, veruȝ ea cum peccati ſuſpitione carebūt, non iaȝ incantamēta ſed religioſa verba, aut ſacrę preces appellentur.e. q.in Decre.c.vl. gemmas herbaſq̄ȝ ſanitatis gratia ſine vlla incātatione deferre conceſſum eſt, Imagines vero aſtronomoꝝ, caractereſq̄ȝ p̄ter crucis ſignuȝ penit⁹ damnātur. De q̇bus etiaȝ apud Tho. Aquin. multa in ſcd̄a ſecundę parte reperies.q:x.c.vi.cū ociuȝ lectioni vacare te ſinet Sed hęc breuiter dixiſſe volui, q̄ꝛ hac noſtra tempeſtate, pleroſq̄ȝ videmus his malis artib⁹ depꝛauatos claȝ inita cuȝ diabolo amicitia, q̄ȝ plurimos ſeducere, ꝛ grauiſſimis errorib⁹ aīas implicare Nos āt q̇bus ꝓpoſituȝ ē nunq̄ȝ a catholica puritate diſcedere, talia floccipēdimus eligentes magis ſemper ęgrotare, q̄ȝ cum ſaluatoris contumelia ſanos eſſe. Damnati haec etiam ꝛ irrideri videntur a Plinio libro naturalis hiſtorię.xxviij.c.ij.iij.et.iiij. vbi recitatis quamplurimis huius curioſę ac ſuperſtitioſę vanitatis exemplis, in fine ſecundi capitis ſubiungit. Qua propter de his vt libitum cuiq̄ȝ fuerit opinetur. Cętera igitur quę approbati medici remedia docēt non ſoluȝ aſpernenda nō ſunt, verū etiā diligēti cura ſumēda, mediciſq̄ȝ parēduȝ, ſi peritiā habeāt medicādi dicēte ſcriptura. Honora medicuȝ, propter neceſſitatē eniȝ creauit illū de⁹, et infra paululū. Deus creauit medicinā de terra ꝛ vir ſapiens nō abhorrebit eam. Cum poſt maris rubri tranſitū veniſſent Judęi in locū vbi fontes erāt amariſſimi, de⁹ conſulēti Moyſi, remediūq̄ȝ petēti, ligнuȝ indicauit q̄ꝛ naẗali vi ſua miſſuȝ in aq̄s amaritudīeȝ abſtulit. Poterat ſine ligno ſolo ꝟbo ſuccurrē. ſȝ ne res naẗales fruſtra feciſſe videreẗ monuit vbi op⁹ ē fugiēdū ad eas His igiẗ q̄ lex ꝛ rō dānāt p̄miſſ. ſic de corpoꝝ ſanitate curādum ē, vt q̄cquid agitur, ad aīę ſanitatē referaẗ ꝛ

ad anime ſalute ſumat exordiuz. Quod ſi cõtingat ſanari nõ poſſe (ſunt eni̅ morbi quidã incurabiles) vir ſapientẽ equo animo ferre decebit morbũ tanq̄ꝫ a deo miſſuz, qui nunq̄ꝫ percutit niſi vt ſanet, q̄ nos caſtigat vt meliores reddat, et ex damno iacturaqꝫ corporis, ꝓuectum querit interioris hominis

## De patientia — Ca. xxxi

SEd iam ad fortitudinis et patiẽtie tractatũ (vt ꝓmiſimus) per cõpendiuz ſermonis accedaz. Mala que accidũt aut inferũtur, licet (vt ante dixi) repellere ſeruata norma legis et rõnis. Habit⁹ in iraſcibili qui ad hoc inclinat, fortitudo dr̃. Facit eni̅ animuz ad ſubeũda pericula ſublimẽ, elatuz, atqꝫ cõſtantẽ, et quãtuz et qñ oportet ſemꝑ audentez, vt non ſecari, nõ vri, non amaris potari metuam⁹. Animos igitur ocioſos excitat, excitatos erigit, erectos firmat, et immobiles reddit. Hec in infirmo ỽtus tuz optia eſt, cum ſaluti lo⁹ eſt, ita tñ ea vtendũ vt freneť iraſcibil', nã more impatiens excãdeſcit, et bile quaſi bos oeſtro cõcitať, natura ỽo nõ ſtatiz, nõ in momẽto, ſed tractu tp̄is operať. At vbi ſanãdi ſpes nulla eſt. debet infirmus ſeſe cohibere, et amuletũ ferre patiẽtie. Patiẽtia ergo habit⁹ eſt in iraſcibili, q̄ nõ ad impugnãduz ea q̄ cõcupiſcibilẽ offendũt et ſenſui nocẽt, ſed ad eq̄ animo tolerãduz inclinat, ipſius nãqꝫ iraſcibilis flãmã extinguit, rabiez ſedat, furorẽ emollit. Fiet aũt in nobis hic habit⁹, ſi aduerſa mitiſſime et ſine reſiſtẽtia frequẽter feram⁹. ſic eni̅ paulatiz violenta hec et immaniſſima fera p̄t ſubigi, frangi ac domari, tãtoqꝫ eſt maior patientie q̄ꝫ fortitudinis ỽtus q̄ꝫto graui⁹ ac difficilius eſt malis, nullo pacto q̄ꝫ recte reſiſtere. Fortitudo .n. (vt aiũt iuriſcõſulti) cũ moderamie inculpate tutele, hoc ẽ ſic ſe tuẽdo vt culpari nõ debeat reſiſtit, patientiã nullo modo. Hinc Jacobus dr̃. Om̅e gaudiũ exiſtimate frẽs, cuz in varia tentamẽta incideritis. Sciẽtes ꝙ probatio fidei veſtre .i. duz aduerſa patimini, patiẽtiam operatur. Patientia vero op⁹ perfectuz habet. Nã cuz habit⁹ eſt inductus, tũ demũ ꝑfecte operamur, nõ .n. valet patiens, niſi ha-

bitum habuerit plene operari, iuuat nãqꝫ habitꝰ rõnez, et cõiunctis viribꝰ fortius enitunt̃. Scotꝰ in iij. ſniaꝝ diſt. xxxiij Fortitudinem dr genus eſſe, ſub quo ſpẽs collocãt̃ due vna qua aduerſa repellendo certamꝰ, et hãc bellicoſitatẽ vocat, altera qua equanimiter ferimꝰ et patiẽtia dr. Atqꝫ ita ſcdm euz nõ diſtinguit̃ a fortitudine patientia dr. Atqꝫ ita ſcdz euz nõ diſtinguit̃ a fortitudine patiẽtia, vt ſpecies a ſpecie, vt hõ a leone, ſed vt ſpecies a gñe, vtputo homo ab aĩali. Et erit patiẽtia bellicoſitate tãto preſtãtior, quãto appetitũ magis infrenat. De his aliter ab alijs differi, et precipue a Thoma aquinate neſcij nõ ſumus, ſed more academicoꝝ nulli ſecte addicti, ex vnaqꝫ arbitratu noſtro qd placet aſſuminꝰ. Hec de vere patiẽtie ꝟtute tradita ſunt. Eſt em̃ alia quedã maloꝝ tolerãtia, q̃ virtus nõ eſt, vt auorum negotijs ẽ cernere. De qbus Hora. inquit Impiger extremos currit mercator ad Indos. Per mare pauperiẽ fugiẽs, ꝑ ſaxa, ꝑ ignes. Ueꝝ hãc duriciez rectiꝰ vocaueris, teſte Augu. Neqꝫ em̃ vere patiẽs eſt, q̃ vt ditet̃ ſuſtinet tot aduerſa. Patiẽs eſt q pro ꝟtute, ꝓ legibꝰ pro pietate, ꝓ deo nitit̃ qcquid acciderit ferre, nec frãgitur

## De gradibus patientie — Ca. xxxij.

Uerũ patiẽtiaz (que ꝟtus eſt excellẽtiſſiã) tres habere gradꝰ inuenio, vnũ q et ꝑfectiſſimꝰ eſt, illis attribuũt, qui aduerſa nõ ſolum cũ opus eſt ferũt, ſed et queſitũ eunt, et quaſi mercennarij opus, vñ aliquid lucrẽtur inqrunt, et quod inqrunt inuẽto gratulãtur. Hoꝝ quoqꝫ duo ſunt ordĩes. Martyres quidã: Cõfeſſores alij Fuerũt eniz temporibꝰ illis cũ in ꝑſecutione creſcebat eccleſia (ſicut ſub Nerone ꝓrimũ, deinde ſub Domitiano, et pleriſqꝫ alijs imꝑatoribus) multi chriſtianorum, quia aſpirãte dei gratia tãta fortitudĩe et patientia excellebãt, vt tormẽtis cruciatibuſqꝫ tyrãnoꝝ voluntarie ſeipſos, cũ latere poſſent obijcerẽt. Scdus ordo cõfeſſoruz eſt, qbus et ſi tyrãni pepercerũt, ipſi tñ ſibi nõ parcẽtes, et in ſeipſos irati (quod penitentie genꝰ eſt optimuz) crucez ſuaz tulere poſt Chriſtũ Iſti coraz hominibꝰ modici ac humiles ſed deo magni et excelſi ſunt

illi de quib⁹ in die iudicij qñ cõſciẽtiarꝫ libri ꝓferẽt, iudex viuorum ac mortuorꝫ dicet Uenite bñdicti prĩs mei, percipite regnum quod vobis paratuꝫ eſt ab origine mundi. Tũc in iſtos Chriſti paruulos ſeculi ꝑncipes ac magnates, q̊ mõ theſauris incubãt horrea dilatãt mollib⁹ veſtiunt̃, ſplẽdide cõuiuãt̃, alteri⁹ vitę rituꝫ admirãtes, et p̄ triſticia ſpũs gemẽtes, repetent illud ſapiẽtię dictũ. Hi ſunt q̄s aliqñ habuim⁹ in deriſuꝫ, ⁊ in ſimilitudieꝫ improperij, nos inſenſati vitã illorꝫ exiſtimabam⁹ inſaniaꝫ, et fineꝫ illorꝫ ſine honore. Ecce quõ cõputati ſunt inter filios dei, et inter ſctõs ſors illorꝫ eſt ergo errauimus a via veritatis, et de hoc iã ſatis. Primus igit̃ hic atq; optim⁹ patiẽtię grad⁹ eſt, in quo ſi Lodouicuꝫ morbioluꝫ cõciueꝫ tuũ, q̊ anno p̄terito funct⁹ eſt vita, collocauero, quanq̄ multi ſint, vt ſemꝑ fuerũt qui iuſti ſimplicitateꝫ derideãt, nõ ero fortaſſe grauiter cõdemnãdus. Scd'us grad⁹ eſt eorꝫ, qui nõ quęſituꝫ eunt nec inuitãt ad ſe mala, attñ cum veniunt benigne ſuſcipiũt, et reuerentur tanq̄ dei nuntios amplexãtur. Ex horꝫ nũero fuiſſe. Job arbitror, cui⁹ in patientia nomẽ eſt claruꝫ, ipſe nanq; cum ſuorum cladeꝫ audiſſet coelum ſuſpitiẽs dixit, Dñs dedit dñs abſtulit ſicut dño placuit ita factum eſt. Sit nomẽ dñi benedictuꝫ, Huic adiũgendus eſt Thobias q̊ coecitateꝫ oculorꝫ taꝫ patiẽter tulit, vt ab angelo curari meruerit Tertiuꝫ ac infimuꝫ patientię graduꝫ illi ſibi vẽdicãt, qui mala neq; quęrunt, ne q; cum venerũt gratãter accipiũt, ingreſſa nõ eijciũt, ſecum patiunt̃ grauate ferũt, cõquerũtur etiã, tñ ſedata bile in deuꝫ non elati muſſãdo tranſeunt, et a vitio parũ diſtãtes in extremis patientię marginibus ſedẽt. Et hi ſunt q̊ hac noſtra ętate viri boni ſunt, vix reſtãt nobis ãtiquę virtutis iſtę reliquię et raris quideꝫ in locis, vt periculuꝫ ſit ne et ipſę quoq; breui collabãtur